

Tractat des Marsilius Ficinus
De epidemiae morbo.
gedr: Grimm u. Wirsung.
Augsburg 1518.









Jun
ex libris
O. H
346.

grimm u. Wirsung
Augsbg. 1519.

Walter Pagel
MCMLIV

30 leaves
(last blank)


TRACTATVS

SINGVLARIS DOCTISSIMI VIRI MARSI=liJ Ficini de epidimiæ morbo, ex Italico in Latinum versus.



CVM PRIVILEGIO IMPERIALI.

REVERENDO ET OMNIPHARIÆ VIRTVTIS viro domino Bernardo Adelmano de Adelmanſſelden Canonico et ſummo ſcholaſtico Auguſtano Hieronymus Ritius Ticineñ. S.



Tſi (vir clariſſime) his diebus, mihi ob varias rerũ occupationes vix quicꝙ eſſet ocij, vt tui tamen deſiderio obſequiũ pręſtarẽ, reliquis partim poſtpoſitis negotijs ex tuſcho peregregiũ epidimię libellũ tuo nutu in latinũ ꝙ potui fideliter expreſſi. Celeberrimoꝙ nomini tuo (ne in publicũ ſine tanto fautore prodiret) iure dedicandũ exiſtimaui, adde ꝙ auditor reuiſorꝙ erit Sebaſtianus Stamler. I. V. doctor Canonicus Brixineñ atꝙ ibi diuę virginis eccleſiæ prępoſitus, vir quidem eruditoꝝ politiſſimus, ac tui ſimillimus. Vos igitur (vt clementiſſimi eſtis) ſi quid minus erudite, eleganter, ꝙ hic veſter conſpectus expoſtulat, eduxero mihi pro veſtra ingenti humanitate veniã dabitis, non enim verboꝝ elegãtiam (quam nec rei natura in hoc ipſo dicendi genere patitur) ſed veram fidamꝙ interpretationẽ curaui, quã quidẽ ſerena fronte accipite, ac parcite, quaſi enim abortiuus hic fętus eſt, ſed quaſis veſtrum eſt mancipiũ, & (vt dicitur) mola ſalſa litant qui thura non habent. Valete ambo, Ritijꝙ memores, Auguſtæ Vindelicę pręcipiti admodũ Calamo idibus Maij. M.D.XVI.

INCIPIT SINGVLARIS OMNIQVE PRECIOSI or auro tractatus de morbo epidimię Marsilij Ficini Florentini viri vndecunq; litteratissimi huiusce morbi diffinitiones, causas, signa, multimodas conseruationes & curas, varijs diuersisq; corporibus accõmodatas, mira breuitate, simulq; facilitate complectens, fœlici auspicio nuperrime a Hieronymo Ricio Ticinense latinitate donatus.

PRÆFATIO MARSILII.




Operepreciũ duxi (patrię pietatis impulsu) aliquid consilij contra pestilentiæ morbũ conscribere. Vt vero quisq; huius penetrare intelligẽtiam, & curã exercere possit, institui subtiles omneis longasq; disceptationes reijcere. Satis namq; erit, ꝙ quicquid in pręsentia sum traditurus (& si breui verboꝝ cõtextu haud plura dici queant) sufficientibus tamen rationibus, multorumq; tam priscoꝝ ꝗ recentioꝝ authoritatibus & experientijs, pręsertim patris nostri magistri Ficini inter medicos præcipui, qui haud paucos hac labe infectos pristinę sanitati restituit & cõprobatũ est & traditum. Imploramus itaq; Deum. Opt. Max. humanę vitę largitorẽ, necnon verarũ salutariũq; medicinarum reuelatorẽ, vt contra pestis pericula efficacia nobis detegat remedia, vtq; suum vitale donum nobis ad laudem gloriãq; suam conseruet.

Quid qualisue sit pestis. Cap. I.

PEstis venenosus quidam vapor est in aere concreatus, vitali inimicus spiritui, non ꝙ propter elementarẽ aliquam

qualitatē, sibi contrariet̄, sed specifica quadā proprietate, veluti theriaca, amica quidē est, non quia calida sit, vel frigida, sicca vel humida, sed qm̄ ex vniuersa eius cōpositiōe forma resultat quę dam, vitalis formę spiritus accōmodata. Sic & pestifer ille vapor non quia calidus, frigidus, humidus vel siccus, naturę inimicatur, sed quia sua proportio quasi ad amussim proportioni cōtraria est, in qua spiritus consistit in corde vitalis. Et quēadmodum continuo in terra nascunt̄ venena, sic sępenumero nascitur venenosus in aere vapor, attamē non ita potēs, quia magis spargitur, nec puro stabiliri potest in aere, ex quo talis aer est spiritui conformis, & igni, qui ex suę naturę potentia alterius non recipit naturę mixtionē, vnde fit q̄ nullā capiat putrefactionē. Sic purus & aer nullā recipiēdo mixtionē putrefieri minime potest. Rursus venenosus huiusmodi vapor humano ei solū applicat̄ corpori, in quo apti ad febrē extant humores, vtpote qui ad putredinē inflāmationēq̧ sunt dispositi, & enim si vitalis potētior ipso fuerit spiritus, procul a se pellit, si vero debilior, fugit eundem, suū veluti cōtrariū opus. Quapropter est aerem, humores & deniq̧ cor, corrigere, purgare, roborare. Notandū (vt recte capias) cum dico venenosum hunc esse vaporē, tu ne credideris ipsum fore talē secundū formā & totā sui naturā, quia omnes inde inficerent̄. Sed huiusmodi est qualitatis, vt quā facillime in veneni naturā transeat. Et proprie venenū efficitur quando per ipsum in hūano corpe certo quodā gradu putrefiūt humores, simul & ebulliūt, qd̄ cōmunit̄ die tertia solet accidere, & interdū citius, maxime vbi quis superfluis abundat humoribus, pręsertim sanguine & cholera. Et quando iam veneni suscipit naturā, calcis vel arsenici qualitatē recipit, cuius effectus est, putrefacere rodere, ardere, intus & extra. Summe igitur necessum est vt his trinis effectibus, potissimū interius, omni qua possumus industria resistamus.

Vnde oritur, & vbi regnat pestis. Cap. II.


Concreatur huiusmodi vapor in aere, vniuersalioris tempore pestis, ex malignis quibusdā cōstellationibus, præ=

sertim ex martis cum saturno in signis humanis cõiunctione, & ex luminariũ eclipsibus. Qualis est pręsenti pestis in annno scilicet millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, & qualis etiã fuit anno eiusdem millesimi, octauo, & hoc potissimũ ledit homines, hisq; grassatur in locis, quę horoscopũ siue suũ ascendentem ob prędictos siderũ aspectus infortunatũ habẽt. In magis vero particularibus pestilentijs, pręfatũ nascit̃ venenũ ex ventis, & malignis lacunarũ, cloacarũq; vaporibus, atq; pariter ex terrę motibus. At vero data istarũ quacunq; causa semper tamẽ grosso potissimũ regnat in aere, inq; paludoso, nebuloso, fętido, & quando subtilẽ ad aerem extendit̃, penetrat, velociusq; interimit, at citius, frequentius, diutiusq; in grosso, calido, humido, fętidoq; aere regnat. Asserunt doctoꝝ nonnulli pestilẽtialẽ putrefactionẽ subtili prius, post vero grossiori inesse aeri, sed multo durabiliorẽ in grosso. Haud scio quo mentis discursu, & fundamento primę sit mihi parti adhęrendũ, ex quo contrariũ experientia monstrat. Pręterea nobis ratio dictat, ꝙ cum non purum, sed tantũmodo mixtũ elementũ putrefieri possit, quo minus est mixtũ, quẽadmodũ esse constat subtiliorẽ aerẽ eo minus aptũ est ad putrefactionẽ. Et propterea eam non nisi per assiduum suscipit augmentũ pestiferę siderũ influentię. At veluti grossior, mixta, & stabilis aqua facilit̃ putrefieri solet, sic vtiq; haud difficulter putrefactionẽ recipit grossus & nebulosus aer. Hoc dat pręceptũ Raymundus, ꝙ peste Inferius excitata, altior subtiliorq; petẽdus est aer, sed orta superne, per duos menses primo fugiendũ est deorsum ad grossiusculũ frigidũ humidũ purũq; aerem, vbi rara esse soleat infirmitas. Sequẽtes vero duos menses ad mediã aeris regionẽ, deinceps ad paulo altiorẽ videlicet sic cum frigidũ & subtilẽ, semper fugiendo calidũ humidũ & nebulosum, quo in aere tales sunt homines, quales turbidis pisces in aquis. Id insuper facit pestilentialis aer in hominibus, quod caliginosę putresq; in piscibus aquę. Sed quod hominibus venenũ est non oportet vt semper tale cęteris sit animãtibus, propter cœlestium signorũ ac animaliũ specierũ diuersitatẽ. Hinc oritur vt de illorũ opinione quid dicam ignorẽ penitus, asserentiũ quãdo pestilentiale incipit in aere venenum, ꝙ tunc quę semper in alto

degere solent auiculę, descendunt ad ima, & planitiē inhabitant. Sed quando in terra oritur, tunc lumbricos & serpentes exire dicunt de sinu terrę, & auiculas quarū consuetudo est volare, habitareq ad imum, sublimia petere, & montes adire. Addūt pręterea q quando primū in aere post vero in terra venenū accenditur, interdum fugiunt animantia ex alto deorsum, & exinde rursus altiora repetunt. Hinc est quod vulgo dici solet vultures seu miluos pestilentiali cedere aeri, & quæ loca huiusmodi tenent milui, pestifero non subesse aeri. Sępius audiuimus hanc contagionē ab hominibus transiisse ad porcos. Fieri forsitan id potuit per aliquā non quidē spiritus, sed carnis similitudinē. His proxime elapsis diebus semel atq iterū pestilentię morbum ex vna in alterā domum tulere feles & canes, ipsis tamen nulla ex parte hac cōtagione lęsis. Nec vlla te propterea admiratio capiat q interdum sine omni nocumento, homo vel bestia prędictū suscipiant vaporem, ac tamen alios inficiant, ignitū namq ferrū stupā consumit & paleā, ipsum vero nullatenus consumit. Hoc enim ex recipientis subiecti dispositione prouenit, in quo potissimū, secundū Aristotelē, Galenū, & Auicennā, rei consistit effectus, ita vt his proximis diebus bimus nostro in rure puerulus integro stetit die, infecto cum puero, annorū (plus minus) septē, cibo sępius vescebatur infecti ore pueri masticato, neq vllam ab ipso morbi labē suscepit, qua tamen tacti fuerunt alii longiuscule distantes, nec nimiā habeas tua in dispositione fiduciā, cogitando te eius esse valitudinis vt minime hæc tibi timenda sit contagio, sed hunc physicū obserua canonē, q quando multū disposita est materia, agens tunc causa quantūcunq imbecillis cito producit effectū, sic accēdit stupā & sulphur fauilla, ex suscipiētis aptitudine. Et cōtra, potētissima quæ fuerit causa, etiā in non dispositā operat materiā, & licet sulphur ignis suscipiat operationē citius q lignū, & siccū lignū minuteq incisum facilius q cętera ligna. Ardēs nihilominus fornax ligna statim rapit in flāmā, & grossiora, & viridia, eo q summa agentis potētia cito disponit, atq informat, & multotiēs pestifer huiusmodi vapor fit suarū vi causarū potentissimus, nec scire tu poteris qn. s. hoc fiat, & licet vno in tpe talis non adsit dispositio, est tn futura in alio.

Quo pacto & quales ad personas pestis extendit. Cap. III.

VEnenosus iste vapor adeo subtilis sępenumero existit, vt visu dijudicari nequeat, interdumq; dissoluitur, sed facile exinde regeneratur manente ad hoc ipsum disponente influentia, iamq; tametsi pusillus a principio fuerit tamen multo magis q̄ sulphur (cum accenditur) velociorīq; cursu de loco in locum expanditur, & longe magis contrariat̄ inimicaturue vitali cordis spiritui, qui est vapor ex subtili sanguine, q̄ sulphur naso. Eiuscemodi vapor solum in dispositis ad hoc corporibus infecto ab aere accenditur, sed postq̄ est accensus corporibus mira velocitate facilitateq;, accensum veluti sulphur, plus q̄ antea circumquaq; dilatatur, pręsertim quando subtili in humore, & tenui ęstatis aere accensus fuerit, & spargitur salitq; ex vno in alterum corpus accenditurq; potissime vbi maior est naturę similitudo & in corpe spurcitijs pleno, cū fętidis ītus & extra vaporibus, & in cibis humoribusq; supfluis, & ad inflāmationē putredinēq; aptis, & vbi calida est materia, & humida, corue coitu debilitatū, & parit̄ in corpe passionibus aīę defatigato & vltra modū calido, qd've balneis est asuetum, cuiusue pori sunt nimis patētes seu multū oppilati, hęc quidē Galeni & Auicennę fuit sententia. Pueri & fœminę multū ad pestē sunt apti eo q̄ tenuis mollisq; materia ad transmutationē est facilior, & pleni sunt humoribus ad putredinē aptis, estq; pręter modū & ordinē illorū vita, quēadmodū eñ pturbat cōfunditq; vinū, calidus vent9 & grossus, sic pestifer iste vapor inficit cogitq; circūquaq; ad cor, primo spiritus, postmodū hūores, q iā putrefacti ebulliunt, est vero hęc ebullitio febris ipsa, quę p vniuersum inde spargit̄, pl9 q̄ cęterę, bullit seu inflat, q̄a tanta est venenosa materia, vt natura quantū potest principalibus a membris hanc statim conet̄ expellere. Iste quidē vapor oēm maculare potest humorē, sed potissimū sanguinē, secundo cholerā, tertio flegma, q̄rto vero melancholiā. Vnde fit q̄ magis huic subijciunt̄ periculo sanguinei, paulominus cholerici, postmodū flegmatici, & minus reliquis melancholici, quia frigidus & siccus humor ad inflāmationē & putredinē ineptus est, & maxime quia strictos habent meatus p quos transire venenū oportet. Idcirco senes minus sunt pestife-

ro morbo obnoxij, licet huius anni pestis nec seniores etiam reliq̃rit incolumes, cuius forte ratio fuit ꝙ vltra cęteros aduersos siderũ aspectus, Saturnus retrogradus dominus fuerit anni. Est mirum dictu, ꝙ licet ex vrbe nostra Florentina vniuersus ferme populus aufugerit, omni tamen die ex hac vita excedebant circiter centum & quinquaginta.

De signis indicijsq; pestis. Cap. IIII.

QVæ vero signa indicent, quibus febrẽ esse pestilentialẽ faciliter & clare perpendatur, haud tam facili ostendere quisq; potest, propter tam multiplicẽ accidẽtiũ diuersitatẽ, & fallaciã. Hoc enim testatur vniuersus doctorũ conuentus, pręsertim Auenzoar & Rasis, erit namq; clara interdũ vrina, eo ꝙ non pertingẽt ad epar humores, erit aut apparebit modica febris, eo quod nõ erit calido in humore venenum, seq; propterea non extendet ad extra, sic statim morietur patiens, Videbitur interdũ restitutus, eo ꝙ natura primo in aggressu venenum a corde depulerit, tamen paulo post emittet spiritum, eo ꝙ potens non erit secundũ pellendi aggressum, ex quo primo lassata fuerit conflictu, etiam quia venenũ multiplicatũ est, vel magis mutatũ in malignũ vel propinquius factũ cordi quã prius, omnes fere in principio aliquantulũ in melius tendere videntur, quia tunc robustior natura, tantũ cõtra hostẽ omnes colligit vires, verũ in alijs minus malis ęgritudinibus, ad tã repentinũ tantumq; non inducitur conatũ. Videbitur pręterea virtutis robur obtinere, quia dictũ venenũ non alijs vt cordi membris a principio inimicatur, & quando ipsum cor aggreditur statim interimit. Quare his in temporibus haud quanq; conuenit in morbi signa examinando morã trahere, quia falleris, nec te natura expectabit, nisi administrãda remedia festinaueris. Hac igitur de causa his cum temporibus febrẽ adesse conspexeris, pręsuppone ꝙ adsit vel cito futura esse possit pestis, ac ei pestilentialis curam febris administra & eo maxime ꝙ quãdiu venenosa durat aeris influentia, omnis superfluus humor facile inficitur, & omnis quęcunq; fuerit infirmitas in pestilentiã facili transire poteris, febres

pręsertim

prȩsertim furiosȩ & cõtinuȩ. Vnde cõmuniter euenire solet ꝙ hoc morboso tempore nulla prȩter pestem ȩgritudo appareat, ꝙ si aliȩ & multiplices quidẽ apparuerint ȩgritudines tunc pestilentia remittitur & cessat. Sunt nõnulla pestilẽtialis febris signa videlicet febris continua absqȝ ordinata & manifesta declinatiõe cum magna anhelitus & pectoris angustia, cum repentina pulsus debilitate, cũ vniuersi corporis grauamine prȩcipue capitis, phrenesi, anxietatibus, ardore, siti, sanguineis maculis pluribus ĩ locis, cum vrina grossa, turbida, & quasi subiugali, memineris tamen ꝙ signa fallunt. Aduerte insuper ꝙ quicunqȝ puer eo tpe vermiũ laborarit infirmitate dici poterit pestilentia infectus, qa est materia ad pestẽ disposita, vt sulphur ad ignẽ. Hoc multi nescientes mansere decepti. Et ex signis propinquȩ pestis vltra aeris turbiditatẽ, & animaliũ ex putredine genitoꝝ abundantiã est principaliter vermiũ multitudo, variolarũ, & morbilloꝝ, febriumqȝ continuarũ, & conclusarũ, vrinȩ turbidȩ, oculoꝝ rubores, excoriationes palati, phrenesis, & vniuersaliter quacunqȝ in febre, qua se versus cor frequenter dirigit humor, humanã significat cõplexionẽ ad pestẽ esse dispositã. Scias iterũ, quando multo tempore pestifer vapor in aere durat, tunc aquã terrȩqȝ fructus inficit propterea tutius est aquã decoquere, vel ferratã scilicet aquã conficere, cũ eaqȝ vinũ lymphare, quia vinũ fumosum est, & non cõuenit iuxta Auicennȩ & Rasis sententiã his in temporibus merum, vtpote purum. Oportunũ prȩterea alia quæ sumunť in cibũ rebus boni odoris corrigere & cũ salsis acetosisue saporibus prȩsertim qñ pestis post terrȩ motũ oritur, & conducibilius est rebus vti aridis in locis odoriferis, & montuosis nascentibus, & inhabitare montes & colles.

De regimine vitȩ, quo prȩseruari doceť a peste. Ca. V.

ABstinendũ est tempore pestifero a rebus inflãmantibus & nimis aperitiuis, quia facilius ad venenũ suscipiendũ disponunt, videlicet cauendũ est ab extrinseco solari calore pariť a calore ignis, vestimentoꝝ, & ab intus a sale a speciebus & medicinis calidis, similiter ab herbis intensȩ caliditatis, a

multo vsu acruminũ, excepto cępe, & cicorea, vel raphano cum aceto, quia veneno aduersant̃, itẽ a vino nimiũ fumoso ab exercitio post cibũ, pręsertim tempore calido, & a sudore, quia humores alterat, & ĩ aere infecto nõ licet se multũ aeri exponere, nec excessiuo sub diuo exercitio, quia calefaciendo, & poros aperiendo, statim multũ de aere suscipit infecto. Itẽ abstinendũ ab facientibus oppilationẽ & putrefactionẽ, quia pestilẽtialis dant febris materiã, q̃lia sunt viscosa, frigida, & humida, pręsertim qñ aliqd accidẽtalis seu extranei caloris suscipiũt, etiã a viscosis, calidis & humidis, vbi humidũ calido prędominat̃, & male decoctum est, & vt summatim dicã, humiditas putrefactionis est mater, & quę extra nos, difficulter conseruant̃, etiã in nobis haud facile conseruari poterunt, euitandi igit̃ pisces quantũ fieri poterit, in quorũ genere parui minus nocent pisciculi, & qui ex flumine sunt claro petroso, & currente frixi in oleo cum sale, & immersi agreste seu aceto, aut succo arancioꝝ cũ sale & modico piperis vel cinamomi, etiã euitandũ est lac, & oĩa recocta, quod si eo vti volueris, sit primũ inter alia cibaria & modica quantitate cũ parũ zuccari, fructus euitandi sunt omnes, exceptis amigdalis, cerasijs acetosis, piris, chrisomelis, persicis, cotoniatis, auellanis, prunis siccis, prunellis, nespilis, cottoniatis, & cornulis, malis appijs, malis granatis, malatestis. Ceteris vero fructibus nequaquam vtere, vel raro, vel rarissime. Poteris tamen diutius vti fructibus & herbis frigidis siccis & acetosis vel aliquantulum amaricantibus sed vtendo fructibus calidis & humidis vt sunt ficus, vua, mora, cerasa dulcia fac sint modica, & immediate post comede pomum anarantiæ cum sale. Pręterea si vteris frigidis & humidis, vt sunt melones pisces molles & teneri, pruna pinguia, sume immediate post aliquid fœniculi & pomi anarantiæ cum sale, suprabibendo parum vini boni & odoriferi. Euitare etiam debes fungos & herbas humidas portulacas cucurbitam & omnem humiditatem nec non & rem quę facilis est putrefactionis euitabis etiam fructus & res nimium dulces & humidas, sed inter humidas herbas permitto tibi lactucã permixtam mentę vel cynamomo, eandem quoq; corrigere poteris cum basilicone,

gariofilato minutissimo & quasi ad rubedinem quandam tendente odorem habente gariofilorum, est enim cordialissimum. Concedo etiam tibi cucurbitam & herbam quę thusca lingua selbastrella appellatur. Rursus aduerte ne te Rasis sententia fallat quæ tempore multum calido admittit olera & fructus frigidos, & humidos, quia Aegyptum ipse inhabitabat vbi extrema est siccitas, vbi eiuscemodi fructus & olera sunt vltimo a natura decocta. Cautus igitur esto ne talem pręsumas licentiam in regionibus non similibus Aegypto. Notandum insuper quod res acetosæ asperæ & acres in conseruatiuo, curatiuo administrandæ sunt regimine, quia periculum potissimum imminet in calido & humido, & in putrefactione illinc dependente, in spirituum resolutione inque accessione veneni ad cor. Res itaque prædicti saporis omnibus iam dictis obsistunt malis, quia refrigerant, desiccant, conseruant, confortant, restringunt, & vniunt. &c. Notandum quod res nimis acres vbi timetur pectoris strictura, aut stomachi debilitas temperandæ sunt cum zuccaro, sale & lacte amigdalarum, cinamomo, pipere, fœniculo, croco, ouis & modico pinguedinis. Commendo plurimum panem speltæ, hordei, & fercula ex his condita, item biscocta, risum, passulas tendentes ad acredinem, panem optimi grani sufficienter coctum cum modico salis. Vtere sæpius caparis cum aceto & aliquando eo genere casei quod Florentini Marzellinum vocant, euitandus est caseus multum pinguis vel salsus. Nec laudo tibi caules nec legumina, exceptis lenticulis. Prohibeo super omnia phaseolos, nec laudo multum rapas & spinargia. Concedo tibi petrosilinum & pastinacas. Prohibeo autem erucam, cariotas, sapam, sinapum, citrullos, melones, bacellos, cicer recens, cucumeres, cerasia dulcia, & mollia, vuas, ficus dulces, & mora. Nec te repleto nimio vino, carnibus & ouis, ne nimium sanguinem, coleram, putrefactionem, inflammationemque multiplices. Vtere ouis cum agresta & aceto & pomis anarantijs, carnes sint leues & siccę, bene coctę, pulli, auiculæ, hedi, castrati, pipiones, turtures, & siluestres auiculę, si vsus fueris carnibus humidis, sint assatę, sed fac vt intus per totum bene im-

pleantur cum acribus condimentis & acetosis, cũ modico piperis, cinamomo, coriandro, & sale. Vina turbida sunt omnino damnosa, et prȩsertim musta, eris in cibo & potu plus solito parcus, cibus sit aliquantũ copiosior potu. Nec tamen volo vt nimiam sustineas sitim & famẽ. Vide ne stomachũ fastidire permittas, sed eum prȩserua cum cibi & potus modicitate, cum exercitio & ieiunio cũ appropriatis euacuationibus. Abstine a coitu & passionibus animȩ excessiuis, nisi forsitan per coitus abstinentiam te omnino grauatũ perceperis. Ad mentem reuoca edictũ Auicennȩ tertio naturaliũ, ꝙ superflua per coitũ seminis euacuatio plus nocet ꝙ̃ si quadragesies tantũ exiret sanguinis. Dixit Hipocrates coitũ speciẽ esse quandã morbi epilentici. Caue ab aere multũ obtuso, constipatiuo, recluso & humido, ac scias ꝙ aer q non frequenter mouetur & innouatᷣ, vbi nec ventus nec sol penetrat, nec purgat, facile mixtionẽ suscipit & putrefactionẽ venenosam, veluti immobilis aqua. Caue ne nimis frequenter exeas, prȩsertim ieiunus, & quando calidũ successerit humido, & humidũ calido, euita etiã aerẽ nimis calidũ, quia aperit & nimis debilitat. Aer & habitatio sint multũ sicca amplȩ semper & tpe ȩstatis sit recens. Caue quãdo multũ incalueris ne te exponas frigido, vel humido nebuloso, & vento calido & humido prȩsertim in locis infectis, & de infecto loco veniẽte, etiã ab omni vento de prȩdictis locis flante nisi fuerit nimis longe distans, aut fractus pluuijs. Ventus aũt qui aerẽ infrigidat & siccat, & serenat sua natura est salutiferus si eum cũ tẽperamẽto receperis, & est principalis medicus contra huiuscemodi venenũ, magnã adhibe curã in euitando ventos a stagnis vel paludibus venientes, aquas aufuge putridas herbas cõtinentes immaceratũ ꝗ linum, & quẽcunꝗ prauũ odorẽ, procul dista a cauliũ nucũue odoribus, & fȩtidis ab herbis, abstinendũ itẽ a balneis, a somno meridiano, ab adherenti arctoꝗ cuiuspiã cõsortio, a turba, fuge cito, & procul, ac tarde reuertaris, quoniã longo durare solet tempore venenum, ad offendendũ perꝗ promptissimũ, vtere iuxta posse tuũ cibis siccis, optimi saporis, acribus, acetosis, euitando brodium, pinguedinẽ, dulcia, viscosa, vtere vinis subtilibus, claris, odoriferis, aliquantulũ fumosis sed parum acetosis non dulcibus, dilu-

tis aqua multũ ſubtili & clara, vniuerſaliter omni tempore a re-
bus caue ſanguinē generantibus aut nimiũ, aut aquoſum, groſ-
ſum, & turbidũ, & pariter quãcunqꝫ rem ſtomacho nocentem,
hęc eſt ſumma regula quo ad cibũ & potum. &c.
Vtilis eſt (iudicio meo) oībus ſuperſperſa cibarijs talis ſpecierũ
cōpoſitio. Recipe ſandaloꝝ rubeoꝝ. ℥. ß. cinamomi electi. ʒ.
iij. & ß. croci. ʒ. ß. gentilis fulgineus omni tempore his vtit̄ ſpe-
ciebus. Recipe cinamomi. ℥. ß. mãne. ʒ. i. ß. gariofiloꝝ, been albi
& rubei. ʒ. ß. coralloꝝ rubeoꝝ. ʒ. i. cardomomi. ʒ. ij. croci. ʒ. ß.
zuchari ad pondus oīm. Item nonnulli aliam habent deſcripti-
onem, & eſt talis. Recipe margaritarũ. ʒ. ij. coralloꝝ alboꝝ &
rubeoꝝ. ʒ. ß. roſarũ, ſpodij añ. ℈. i. cinamomi. ʒ. i. croci. ℈. i.
Item Recipe cinamomi. ℥. ß, gariofiloꝝ. ʒ. ß. coralloꝝ rubeoꝝ
℈. ij. croci. ʒ. ß. zuchari ad pondus oīm. Pro primo cibo vtile eſt
(niſi te calor offenderet) ſumere ficus, rutam, & nuces cum ſale,
pręſertim tempore frigido vel humido, notandum ꝙ ſpeciebus
multũ calidis, vt eſt quarta cōpoſitio ex his quas narrauimus,
vtendũ eſt, ſolũ in ferculis multum humidis, frigidis & acetoſis,
alijs vero vti poſſumus in omnibus. Poſt cibũ magnę ſunt virtu
tis ſemina coriandri pręparati, & etiã ſecundũ Auicennã ieiuno
ſtomacho, qui hęc ipſa tali in caſu plurimũ extollit. Vtere ieiu-
no ſtomacho fricationibus, bene pectina capillos, omnē expur-
ga ſuperfluitatē, vniuerſum corpus mundũ conſerua, matutino
tempore ignē diſpone temperatũ, & interdũ de die pręſertim hu
midis temporibus, bonis ſępius odoribus domũ ſuffumiga, ſi-
militer & veſtimenta, admoueas naſo, pariter & ore teneas vbi
plus opportunũ fuerit aliquid theriace, alijs vero in locis ſiue tē
poribus corticē citri, zedoariã, vel modicũ thuris, manu etiam
ſupradictũ geſtare poteris cedrinũ pomũ. ℞. laudani ʒ. i. been al
bi & rubei, roſarũ rubearũ añ. ʒ. ij. ſtoracis liquidę. ℈. i. myrrhę
mentę, gariofilorũ añ. ʒ. i. ſandaloꝝ alboꝝ, & rubeoꝝ, cam-
phore añ. ʒ. ß. Fac pomũ cum aqua roſarũ muſcata, ſuſpende e
collo cornu vnicornis, iacinctũ, topazium, & ſmaragdũ, vt pe-
ctus tangat, & etiã in ore. Dixit Auicenna ꝙ oportet vt iacin-
ctus & ſimilia a naturali calore noſtro calefiãt, qui illoꝝ actu-
at virtutem, vt operentur in nobis, fer tecum etiam in manu ad

odorandũ, poma odorifera, pręsertim citri, limonum, arancio=rum. &c. Sępius ablue os, faciẽ, & manus aceto, & aliquando cum vino potenti, nec omittas odorẽ, mentę, melissę, querculæ, ruthę, violarũ rubearũ, & mirthi. Vtere odorib⁹ frigidis quos tempera cũ calidis, ita tñ vt frigidi prędominentur, pręsertim calidis temporibus, quia calidus per se aperit odor, & inflãmat, ꝙ uis aerẽ purget. Super omnia cura vt hoc facias scilicet, permisce ęquali parte acetũ rosatũ albũ, & aquã rosarũ, cũ vino albo po=tenti, cum modico zedoarię vel corticis citri, de qua sępius mo=dicum aliquid bibe, & sępius cum ea manus lauato & faciẽ, de=fer tecum in spongia cum ligno fraxini, & laua etiã cũ eisdẽ ma=ne & sero tepide vniuersum corpus, vtere tẽperato exercitio sub tecto quando es in locis infectis, ieiuno stomacho, sitꝗ locus ex ercitij spaciosus, alijs aũt in locis facies exercitiũ sub diuo & pa=riter ieiunus. Rustici bibant loco vini acetũ permixtũ aquæ. Ad moneo oẽs vt non nisi summa cũ cautela res tangant ex infectis locis allatas, nec quicꝗ gustent ex illis nisi coquat̃, mundetur vel abluatur, Haud equidẽ scio an dicere in pręsentia debeã, an silen tio potius pręterire, ꝙ doctoꝝ nõnulli sępius ieiuno stomacho dare solent in potu, vrinã pueri recens emissam, vel lixiuiũ. Det̃ remedio rusticis accommodato.

De pręseruatione per modum medicinalem. Cap. VI.

NEcessaria nobis est bis in hebdomada ipsa omniũ cõpo=sitionũ regina, cœlitusꝗ tradita theriaca, vera quidẽ the=riaca (vt eam noscas) saporẽ longa mora in ore cõseruat, & stipticitatẽ ingerit ventri, ętatis esse debet annoꝝ quatuor, & non vltra duodecĩ, de ea debet antea fieri experientia in venena=tis animalibus. Theriaca electa iuxta Galieni Auicennę Auerro=isꝗ sententiã securũ reddit hominẽ ab omni veneno, morboꝗ venefico. Etiã in ipsa pestilentiali febre admittit̃. Dixit Galienus se inuenire theriacã plus ꝙ res oẽs esse diuinã in conseruando et curando. Dixit Moses Aegyptius mirabilẽ factã esse cũ ea expe rientiã in pestilentia Antiochensi, nec silentio pertranseundũ pu=to Galeni typũ dicentis pestẽ esse draconẽ cum corpore aereo, q venenũ contra hominẽ spirat, & theriacã purgatoriũ quoddam esse, purgans venenum & draconẽ domans. Accipiat̃ post cibũ

horas nouem, & ante cibum horis.6.vel.7. qui eam sumere nõ potest saltem cordi apponat & stomacho nasoq;, & pulsibus, frequentius detur.3.1.prouectis,alijs vero.3.ς.seu.℈.i.Qui calidę sunt cõplexionis bibant æstiuo tẽpore sumpta theriaca tertiam partẽ scyphi aquę rosarũ cum modico aceti rosati, alij.s. alterius cõplexionis, & alio tempore, sumant cũ vino albo permixto cum aqua scabiosę et mellissę. Quod si theriaca non affuerit, vel non cõpetens fuerit tuę naturę, sume mithridatum in alijs diebus hebdomadę sume pillulas contra morbũ saltem horas quatuor vel quinq; ante cibum, vnam scilicet aut duas, vel plus, secundũ cõplexionẽ, superbibendo parũ de vino albo cum aqua scabiosę & mellissę tẽporibus frigidis, vel cum aqua rosæ & cum aceto rosato temporib⁹ ęstiuis. Pillule antiquiores sunt istę. ℞.myrrhę croci añ.℥.i.aloes.℥.ij. sed quia nimiũ aperiunt, calefaciunt, resoluuntq; spiritus. Ideo nõnulli abluũt ipsum aloe & addunt terrã sigillatã vel bolũ armenũ secũdũ dosim myrrhę vel addunt cãphorę ad dosim tertię partis myrrhę, sed eligibili⁹ est bolus armenus, nonnulli cõponunt. ℞.aloes.ʒ.vi.myrrhę.ʒ iij.seminũ citri.℈.ij. tormentillę.ʒ.ς. croci.ʒ.i. reubarbari.ʒ.ij. gariofilorꝝ.℈.i.agarici, corticũ citri, sandalorꝝ rub. añ. ʒ.i.semi num citri.℈.ij.seminis acetosę.ʒ.i.ς.corallorꝝ rub.ʒ.i.ς.boli armeni.ʒ.iij. cãphorę grana.ij.cõfice cũ sirupo de citro. Auicẽna & Auerrois dicunt qui vtiẽ aloe myrrha & croco nunq; periclitabitur peste. Prędictæ cõpositiones tẽperãt illorꝝ qualitatẽ, & virtutẽ augẽt. Sed multo melior est cõpositio Nicoli scd'm quẽ veræ pillulæ sunt istæ. ℞.mirrhę, croci, boli armeni, karabe, corallorꝝ rub.añ.ʒ.i.emblicorꝝ.ʒ.ij.aloes loti ad pondus oĩm, fiãt pillulę, cũ vino albo odorifero, credo ꝙ essent nobiliores, & magis ad ꝓpositũ, si loco emblicorꝝ poneret̃ terrę sigillatę.ʒ.ij. & boli armeni.ʒ.iij. fiãt pillulæ cũ acetositate citri, & accipiant̃ cũ vino albo, aqua rosata, aceto rosato. In alijs vero sequat̃ cõpositionẽ prędictã, fac aũt vt aloe sit splendidũ, leue aliqualiter rubescens, delicatũ, odoriferũ, frangibile, pinguescens, & immittendo sup ipsum flatũ madescit, sit & myrrha clara, & corallus delicatus, absq; theriaca & dictis pillulis nõ bñ fieri poterit ꝓseruatio. Itaq; ꝑ oĩbus alijs vtere duobus ꝓdictis, s. theriaca duob⁹

diebus diuersis, & pillulis tribus saltem, quia desiccando humidi tatē pręseruant a putrefactione, etiam fortificant cor, stringunt meatus, ne venenū transitū habeat ad cor, & ipsum illinc depellunt. Videt̄ mihi q̄ aloe in prędictis pillulis quando sunt tempora humida & frigida, similiter & cōplexio, non debet lauari, sed in alijs tēporibus & cōplexionibus sumere pillularū. cōpositionem in pulueribus, melius est solū, qn̄ opus est festinatione. Potest etiam sumi ante cenā tribus horis, vel quattuor, sicut etiam ante prandiū. Poteris etiā semel in hebdomada, vel duabus vicibus aut plus quando pillulę offenderent (licet nullius sint offensionis) in tempore hiemali & humido loco pillularū sumere ficū siccum cum dimidio nucis cum modico ruthę & parū salis, superbibendo parū aquę rosarū vel aceti rosati. Quod si & istud offenderet vtere loco illius non accipiendo aliquid aliud, parū panis tosti intincti in vino albo potente, cum pomo anarantiæ, madefacto in aceto rosato, & intincto cinamomo. Sunt nonnulli qui dant eiuscemodi pillulas sero vel mane vnam scilicet pro vice. Recipe ligni aloes. ʒ. ſ. tormentillę. ℈. ij. diptami albi ℈. i. zedoarię. ʒ. ſ. croci. ʒ. i. berberis. ʒ. ſ. cornu cerui adusti. ℈. ij. sandalorum rub. ℈. i. seminis acetosę & corallorum rub. boli armeni an̄. ʒ. i. camphorę. ℈. ij. gēmarū ex quibus fit electuariū de gemmis. ʒ. ſ. margaritarū. ʒ. i. hiacinctorum. ʒ. ſ. confice cum sirupo de ribes vel de limonibus. Ego aūt in omni tempore etiam in calido eiuscemodi pillulas dare soleo. Recipe zeduarię, ligni aloes, agrimoniæ, croci, aristologię rotundę, diptami albi, gentianę, corticū citri, seminis citri an̄. ℈. i. coriandri pręparati, tormentillę, sandalorum rub. corallorum rub. rosarū rub. spodij, emblicorum, an̄. ʒ. i. terræ sigillatæ. ʒ. ij. boli armeni. ʒ. iiij. fac pillulas cum acetositate citri, quas administra cum vino albo, aceto rosato albo, & aqua rosæ. Ego multū adhibeo fidei huic nostræ cōpositioni eam accipiendo quando non sumit̄ aliquid de pillulis cum aloe cōpositis, etiam post operationē prædictarū pillularum, additur ipsi cōpositioni, ambræ, musci, hiacincti, smaragdi topazij, margaritarū, cornu vnicorni an̄. ℈. i. melius etiam erit laudabile multū bibere ista cum vino acetoso, vel aceto albo, cū aqua rosæ, terra sigillata, & bolo armeno, cū parū smaragdi,

&

& hiacincti, & topazij, vel saltim cũ margaritis & corallis. Ista multũ cõmendant a Galeno & Auenzoar, alij dant cortices & semina citri & limonũ, cũ vino, vel aceto rosato, & aqua rosarũ Ego vero frequenter dare soleo hanc simplicẽ cõfectionẽ & q=dem efficacissimã, atq3 securã, cũ vino albo, vel aceto rosato & aqua rosarũ. ℞. boli armeni. ℥. ij. terrę sigillatę, corallo℞ rubeorum añ. ℥. i. corticũ citri, zedoarię, croci añ. ℥. ß. zuchari rosati ex rubeis rosis conditi. ℥. vi. acetositatis citri. ℥. x. fac ellectuariũ. Raimundus & Arnaldus theriacales quasdã pillulas tribus modis cõponunt. Primo ℞. boli armeni. ℥. iij. barbę tormentillę. ℥. ij barbę herbę tunici. ℥. i. zuchari ad pondus oĩm fac pillulas. Itẽ ℞. ambrę. ℥. ß. musci. ℈. i. camphorę grana. vi. Item ℞. smaragdi hiacincti, topazij, añ partes ęquales, triturent̃ & lauent̃ sicut abluit mesue lapidẽ lazuli, fac pillulas cũ succo acetoselle. Dicunt huiusmodi lapides ab antiquis appellari bezoar. i. liberatores mortis, & q in hoc theriacã excellunt q ipsa venenũ a se pellit, nõ trahit ad se, huiusmodi aũt lapides vtrũq3 faciũt ideo debẽt p os administrari, etiã possunt supponi plagę, morsurę, & bullæ venenosę, hac etiã vtunt̃ cõpositione. s. auri optimi, margaritarum, serici crudi triti, laudãt etiã electuariũ dyambrę, de gẽmis, & chermes mesue, laudant granata, rubinos, carbunculos, saphiros, palladios, corallos, grana tincto℞, & lapidẽ inuentũ in capite aspidis, & pariter cornu suũ, & cornu vnicorni. Item ellectuariũ lętificans almansoris cũ re aliqua refrigeratiua, vtere etiam rebus sanguinẽ clarificantibus vt sunt lupuli, mirrabolani, fum⁹ terrę, credo q vti semine iuniperi cũ semine mirti sit multũ vtile cõtra huiusmodi venenũ. Item tale electuariũ. ℞. citrũ vnũ integrum, maceret̃ bene & coquatur cum zucharo & aqua rosarũ & vbi non habetur citrus, fac cũ limone seu pomo anarancio integro, multi vtunt̃ berbena. Sum dare solitus pauperib⁹ parum panis bene tosti intincti aceto cũ modico ruthe, & aliqñ cum parum cepe, do etiã nonnunq3 ad superbibendũ, parũ vini puri. Itẽ eiuscẽodi panẽ tostũ intinctũ aceto rosato cũ aliquãtulo cinamomi, quandoq3 supersumendo pomũ aranciũ, & parũ boni vini. De his quidem rebus administrare poteris modo vnã modo alteram, his. s. diebus quibus theriacã non sumis, nec veras pillulas

c

vel etiã illis eisdẽ dieb⁹ post vel pas, vti etiã poteris ĩ sero ieiuno stomacho, parũ istius nrę cõfectiõis. ℞. zuchari rosati, dyama renati añ. ℥. iiij. coriãdrorꝫ p̄paratorꝫ, corallorꝫ rubeorꝫ añ. ʒ. i cinamõi. ʒ. ij. sed ęstiuo tpe. ʒ. i. sandalorꝫ rub. croci añ. ʒ. ſ. ve rũ ĩ ęstate, croci. ℈. i. cõfice cũ acetositatis citri. ℥. iiij. supbibe pa rũ vini optimi, vel aceti rosati. Poteris etiã vti eo matutĩo tpe ali qñ loco p̄dictarũ, dixit raimũd⁹ ꝙ suo tpe iũcti fuerũt saturn⁹ Iuppiť & Mars in. 19. gradu aq̄rij. m. ccc. xlv. in mẽse martio, q̄ qdẽ cõiũctio horribilia significabat, p̄serti graues pestilẽtias fre q̄ntius p spaciũ annorꝫ. 45. eo ꝙ fuerit ĩ signo hũano fixo ĩ do mo saturni inť q̄s erat pestilẽtia illa anni. xlviij. vbi medici parisi eñ et ex auiniõe et pedimõtãi nouã cõposuerũt theriacã ab ipsis exptã, & cũ fœlicitate eos cõseruauit, arnald⁹ receptã cõscripsit ꝙ raimũd⁹ eiusdẽ discipul⁹ his ỽbis recitauit. ℞. semĩs iunipi. ʒ ij ſ gariofilorꝫ macis nucis muscatę, zeduarij, zĩziberis añ. ʒ. ij aristologię lõgę & rotũdę, barbę gẽtianę, tormẽtillę, barbę her bę tunici, diptami, hinulæ cãpanę añ. ʒ. i, ſ. saluię, rutę, seminis balsamatę, mẽtę, peonię, pulegij ceruini añ. ʒ. i. doronici roma= ni baccarũ lauri seminis acetosę, semĩs citri, basiliconis masticis, thuris, boli armeni, terrę sigillatę, spodij ossis de corde cerui, ra= surę eboris, & cornu vnicorni, margaritarꝫ, zaphiri, smaragdi, corallorꝫ rub. ligni aloes, sandalorũ rub. hiacincti topazij añ. ʒ. ſ. zuccari rosati diaboraginati, diabuglossati, dianenufarati, dia acetosellati, pulparũ tamarindi acetosi, theriacę, añ. ʒ. ſ. zuccari lib. iij; fac electuariũ aut morsellos cũ aq̄ scabiosę & rosata, pa= rũ cãphorata & cũ vino citoniorꝫ addẽdo folia auri. xl. q sitim patiť extra cibũ; vtať acetosa simplici cũ parũ aquę frigidę, vel vi ni maligranati, acetosi cũ iulep rosato vel vino acetoso. Possis eti am exprimere acetositatẽ citri vel limonis vel pomi anarãtij et bi bere cũ aq̄ & zuccaro. Itẽ succi rosarũ, zuccari rosati diamare= nati, diaprunis, diacitonicis dissoluti cũ aq̄ colata, & expressa, bi bẽdo cũ aq̄ frigida. Itẽ rosę, mirobolani, tamarindi, cerasa aceto sa, pruna, p̄sica sicca, cittonia trita; dissoluta colata & expressa, bibe cũ aq̄ & zuccaro, ponẽdo plus de zuccaro vbi min⁹ est de calido, & minus de zuccaro vbi plus fuerit de calido. Itẽ succus rosarꝫ cũ vino granatorũ, itẽ oxizachera cã aq̄ frigida recẽti, in plurib⁹ etiã reb⁹ p̄ficuũ est vinũ citõiorꝫ vti herbis cor ipm sua

virtute respiciẽtib⁹ vtile ẽ vt sũt borago buglossa melissa endiuia ꝯ‑
mẽtę parũ itẽ septẽ pricipales herbę q̃s cõtra venenũ plurimũ vale
re fert, q̃rũ pria est herba ipericon alio noĩe pforata, scd'a est herba
dicta vincetoxicon, tertia enula, q̃rta raphan⁹, qnta diptam⁹, sexta
aristologia, septĩa lactucella, his addit ab arnaldo & raimũdo her‑
ba tunici, nec p̃termittẽda est agrimonia acetosella, cicorea, marubi
us, isopus, scabiosa, pentaphilon, capparis, limões, citrulli arantij. s.
q̃s poma aurea vocam⁹ et vniuersalit cũcta acetosa & q̃ põticitatẽ
q̃ndã pticipãt, nec te p̃tereat flosculos vitis multũ cõferre si eis ĩ ci
bo et potu atq͡ʒ electuarijs vti cõsuescas, parit & aq̃ scabiosę necnõ
melissę ĩ his oĩbus q̃ sanis simul & infirmis administrant mirabilis
est, eo ꝙ hũiditates exiccet venenosas, & vbi in desiccãdo refrigera
tiõe multa opus sit, vtẽdũ potius est aqs, endiuię, rosarũ, plãtagĩs
aceto rosato, & aq̃ vel succo acetosellę, succo limonũ, cedri, arãtio
rũ, cicoreę, pimpinellę fumi terrę. Quũ ꝟo tẽperatis vti oportet, ac
cipe aquã boragĩs & buglossę, singulis decoctiõib⁹ ĩpone pruna
damascẽa, mirabolanos & tamarindos, & hoc serua ꝙ cũctis in re
medijs q͡ʒ bñ cõueniũt hęc q̃tuor, videlicet vinũ albũ, acetũ albũ ro
satũ, aq̃ rosata, oĩa ęq̃li põdere croc⁹ pauxillula q̃ntitate, vbi ĩdilate
ac cũ facilitate q̃dã opari necesse fuerit administrabis q̃ oportũa sũt
ĩ forma subtili & liq̃dã, vel ad supbibẽdũ dato q̃ p̃diximꝰ, inq̄t rai
mũd⁹ ꝙ si tã diu differri potest vt p̃mẽoratarũ fiat cõpositio pillu
laꝝ, meli⁹ esse vt exhibeat pillulę q͡ʒ pulueres tũ q̄a huõi cõpositio
meli⁹ fermẽtata est, q̃ q̄dẽ fermẽtatiõe vltra cõplexiõalẽ, specificã
q̄q͡ʒ cõtrahit virtutẽ, tũ q̄a pmanẽdo in stomacho mage cõseruat,
roborat, cõfortat, ac melius discurrit p corpis remotiora, supbibẽ
do parũ alicuius liq̄dę substãtię & multũ abstinẽdo nec tñ ideo vo
lumus vt pillulę sint valde siccæ ac induratæ ĩmo si tales fuerint, de
cet vt reforment, cõgruit sanguineis flebotomia, videlicet extrahere
sanguinẽ, vt cõseruent, si alias nullũ ex se fluxũ sangĩs haberẽt, san‑
guineos eos ĩtelligo q̄ cõpetent carnosi colore rubei sunt, pilosi, ro
busti, q̄b⁹ venæ amplæ, & q̄ reb⁹ vescunt multi nutrimẽti, his ex‑
trahat sanguis ex basilica dextra ĩde post bimẽstrui spaciũ fiat iterũ
minutio ex basilica sinistra, nec vna p vice excedas põd⁹ lib. fiat etiã
temporibus anni temperatis ac luna in bono & fortunato aspectu
existente, sanguis purus minuitur oriente sole, colericus in meridie
melancolicus in occasu, flegmaticus in medio noctis, vult ideo

Raimundus vt iuxta ordinē Auicennę, secundū.4.species sanguinis prenumeratas obseruent in extrahendo illę.4.horę.Cognoscunt aūt hę species primo per earundē signa, exinde iuxta quattuor ætates quibus dominant, succedēdo ordine prętacto & vbi non apparuerit multa sanguinis abundantia, vult ne penitus minutio fiat, nec causa conseruationis nec curę, & cū extrahere volueris, cura vt die prędecenti fiat clistere & exhibita sit aliqua medicina non solutiua, nec pretermittendū duco ꝙ vbi sanguis ad alios multū declinat humores, minime sit euacuandū, memineris Galenū & Auicennā quanto magis medendi artem exercuere, tanto semper timidiores erga flebotomiā esse factos, eo ꝙ plus trahit flebotomia ex naturali & bono, & ex spiritibus, ꝙ̄ ipsa medicina, ac minus temporis concedit ad discernendū malum sanguinē a bono. Conferunt infantibus & pueris ea quę cōtra vermes valent, quoꝝ his potissimū tēporibus imminet periculū, administrato illis in potu semel in hebdomada dictami.ʒ.i.cum vino aliqualiter stiptico, siue cum vino decoctionis absinthij & nigellę, aut seminis sancti, illiniat item stomachus vmbilicus, gula, & pectus oleis herbisꝗ amaris & huiusmodi, qn̄ꝗ etiam exhibebis pillulas de reubarbaro, verū quia multū humida cōplexio multūꝗ calida periculosa est tempore pestis, opus est refrigeratione, desiccatione, ac frequenti euacuatione, quæ quidem secundū opportunitatē cū moderamine fiāt, hunc defer sacculum cordi applicatū. ℞.rosarū rub.ʒ.ij. sandaloꝝ rub. corallorum rub. spodij an̄.ʒ.i. zedoarię, ligni aloes, cinamomi, gariofilorū, corticū cedri, croci an̄.ʒ.ſ. esto diligens vt oīs expurgetur superfluitas, ac cura ne stipticus maneat venter, sisꝗ tardus ad solitas constringendū expurgationes vel fluxus siue superfluitates emoroides scabies, naturales solitosꝗ sudores, plagas veteres apertas, quibus sine molestia profluit humor, lachrimę, sanguinē e naribus fluentē, solitū & ordinariū, vniuersales guttas & huiusmodi, qm̄ hęc dicta expurgamenta securiorē reddunt a morbo. Admoneo rerū pub. gubernatores (secundū Hippocratis experientiā) si fecerint ac ordinarint, ignes & fumigia ex iunipero, mirtho, terbētina, & thurę, mane & sero ante posticas, quarūꝗ ædium, domuū, & habitationū, statim expelleret ab eo loci pe-

ſtis, valet loco iuniperi laurus, ſaluia, roſinarinus, & herbarũ q̃c quid eſt odoriferũ, at terbentina mirabilis eſt, multi doctorꝛ dicunt ignem ſemper fore tẽpore peſtis vtilẽ, eo ꝙ omnẽ diſſoluit vaporẽ, inquit Raimundus vtendũ eſſe confortantibus ſolũ cũ groſſi apparent vapores, & humidi, calidis tẽporibus ſuperare debent odores in frigiditate alios, ediuerſo cum tempora frigida ſint & humida roſę, ſandali, mirthus, camphora, cortices pomorum mala granata calidos cõtemperant odores, ſimiliter acetũ, & virides herbulę frigidiuſculę. Conſuluere magi perſarũ regi pro ſui defenſione ab omni veneno morboꝙ venefico ſculpi faceret in lapide æmathite hominẽ flexis genibus ſtantẽ, cinctũ ſerpente, dextra eius caput, leua caudã ſerpentis tenentẽ & imprimi ligariꝙ faceret hunc lapidẽ in anulo aureo verũ lapidi in loco capſulę ſupponi barbã ſerpentarię quẽ quidẽ anulũ geſtaret in digito. Laudat Auerrois hircinę odoramentũ vrinę, moneo vt cõtinuis vtaris remedijs cum fueris in loco infecto vel prope, eo ꝙ contagio frequens eſt, infectuſꝙ aer continue noxius offendit. Volo diligẽter aduertas, cum fuerit coniunctio ſolis & lunæ, cumꝙ oppoſitio. i. quando eſt pleniluniũ, item quando coniungitur luna Saturno, & magis q̃n coniungitur marti. Item cũ fuerit in quadra cum dictis planetis. Et nota (vt refert Raſis) fortiter moueri ſolet venenũ huiuſmodi peſtilentię in ſolis ortu, in occaſu, in meridie, & medio noctis, quia ſol quattuor his vicibus mutationẽ cauſat in aere. Regnat in vere, in ęſtate magis, plus in autumno. In vere eſt aer calidus & humidus, & accedit ſanguinis dominiũ. In ęſtate colera, calidus aer multũ aperit & penetrat debilitantur corpora, rebus replentur corruptibilibus materiam humidã aeris caliditati in putredinẽ tribuentibus, qui quidẽ calor ſi tam intus ꝙ̃ extra cũ ſiccitate foret parũ abeſſet, quẽadmodum etiã haud multũ nocet humidũ cum aeris, tum cõplexionis frigiditati adiunctũ. Sed valde periculoſum eſt vbi calidũ humido permixtũ fuerit vel foris vel intus, experimento cõpertũ habuimus ꝙ longa ſiccitas calido minuit tẽpore peſtẽ, at frigido, excitat, affert, deniꝙ in autumno augmentat̃ fructuũ repletio, ac corporꝛ debilitas, aer tenuis eſt ob ęſtatẽ pręcedẽtẽ vaporꝛ facili ſuſceptiuã, quos non reſoluit propter caloris diminutionẽ,

exinde nebulosus est, ac variabilis. Sæpenumero ventus adest grossus & humidus, excedit caliditas humiditatē, & frequenter aduenit augmentaturq; pororū oppilatio propter aeris crebro post calidū præcedēs frigiditatē. Sciendū etiā q cum pori valde oppilati sunt cōprimunt putrescibilē ad intra materiā, ecōtrario cum plus æquo aperti, repente nimis venenosum capiunt aerem ita vt nonnunq; (maxīe post sudorē vel coitum) paucis (vt g'adius) occidit horis.

De modo curandi secundū phisicam. Cap. VII.

IN pestilentiali febre non expurgato veneno, caue ne administres intus nec extra res partium pectoris simpliciter aperitiuas, eo q aditū præbent veneno ad cor, & spiritibus viam aperiunt ad exterius exhalandū, sed vt inflāmatio prohibeat & putrefactio, vtere subito aliquantulū infrigidantibus & multum desiccantibus. Roborant namq; cor, & vias claudūt versus ipsum tendentes, ne venenū ad illud perueniat, pro parte etiā bene purgandus est humor & spiritus nutrimēto sæpius recreandi & quæ contra venenū valent continue administra, id quidē sua natura cor petit, quod si differas donec venenum eo peruenerit, fortasse effici poterit vt partes cordis multū inde constringant, quas quidē denuo aperire q proficuū, plus forte noxiū periculosumue esset, igitur cū primū caput omniaq; membra grauari simul adiuncta febre quispiā perceperit, vide ex signis ne decepti ua fallaciaq; inquiras, nec differas q̄usq; appareat inflatio, vel bulla, sed hæc cū pateāt, eo citius quo poteris cōfestim inungas oleo de scorpionibus, & tyriaca, pulsus timpor̄, manuū, & pedum, nares, occiput, gulam pectus & locū circa bullā, & apostema si apparuerit, vera olei cōpositio talis est. ℞. olei oliuæ annor̄ quinquaginta. ℥. viij. imponas scorpiones numero quinquaginta, simul cū oleo bulliant ita vt fundū petant quod facias in æstate & maxime mense augusti, serua & vtere, est enim mirabile contra venena. Quod si stomachus cibo grauatus fuerit, p-

uocandus eſt vomitus cũ facilitate cũ aqua tepida, aceto, & oleo etiã cũ raphano, temptãdo etiã prouocationẽ cũ pẽna & ſtatim poſtea facias clyſtere, & renouabis omni die maluarũ decoctionem & matris violarũ, bletæ, hordei, lactucæ, camomillæ, mellis violati, zuccari rubei, vitelli vnius oui diaſenæ vel caſſiæ. ℥.i. ſucci roſarũ ſolutiui. ʒ.ij. ſalis cõmunis & olei violati ad cõpetẽtiã, hoc facto applicabis epithima cordi ex rebus cordialibus frigidiuſculis a prædominio. ℞. aquarũ roſarũ bugloſſæ, acetoſellæ, nenufari, añ. ʒ.ij. aquarũ melliſſæ. ſucci granatoꝝ medij ſaporis, acetoſitatis citri añ. ʒ.i. ſucci citonioꝝ. ℥.i. ſandaloꝝ alborum rubeoꝝ & citrinoꝝ añ. ʒ.ij. ſpodij, raſuræ eboris, ſeminũ citri, ſeminis acetoſæ añ. ʒ.ſ. granoꝝ tinctoꝝ grana. vi. camphoræ. ʒ.ſ. cõterant bene oĩa, & calefiant in vaſe vitreato puro poſtmodũ cũ panno de grana temperate calido ſuperponas pectori, ſingulis tribus horis ipſum renouando. Itẽ pro ſtomacho hanc habeto in ſacculo cõpoſitionẽ, ad viuificandũ & roborandum ſpiritus eius. ℞. abſinthij, menthæ añ. m.i. meliſſæ acetoſæ añ. m.ſ. roſarũ rubearũ. ℥.i. corticũ citri, riſi añ. ʒ.iij. coriandrorum præparatoꝝ. ʒ.ij. coralloꝝ rubeorũ maſticis, ſandalorum rubeoꝝ añ. ʒ.i. macis, foliorum gariofiloꝝ añ. ʒ.ſ. nucum cupreſſi numero quattuor componas cum ſucco citoniorũ. Item ſub brachijs hoc remediũ adminiſtrabis. ℞. roſarum, florum camomillæ melliloti, florum mirthi, nucum cipreſſi, ſandalorum, omniũ in debita quantitate, bulliant in aqua cui intingatur ſpongia vel ſtupa quæ poſtmodum exprimatur & temperate calida applicetur ſæpiuſqꝫ renoua. Iſtud enim mirabile eſt his factis & debite vt dictum eſt adminiſtratis, ſi bulla vel ſignum in tibijs adhuc non apparuerit, duas confeſtim natibus ventoſas applica, & duas pariter coxis a parte poſteriori. Voluere veteres vt poſt huiuſmodi ventoſarum depoſitionem fieret flebothomia, etenim ſi bulla vel ſignum ſolitum non apparuerit fiat ex vena communi a parte dextra ad prohibẽdũ ne venenũ partes cordis attingat, & ſi etiã apparuerit huiuſmodi ſignũ vel bulla, eodẽ in latere extrahendus eſt ſanguis & hoc ne ſe extendat dilatetqꝫ venenũ (vt ſemꝑ ſolet) ꝑ oẽs venas ac corꝑis partes. Quod ſi circa aures apparuerit, vel collũ, minuatur ex cephalica in parte qua ſignũ,

iuxta pollicem manus, si sub ascellis apparuerit, euacuet̃ epatica in brachio eius partis in qua signũ, si in inguinibus, fiat flebotho mia ex saphenna hoc est sub thalo pedis, eiusdẽ lateris. Deniq; in vniuersali quotiens ab origine gulę ad caput vsq; huiusmodi si= gnum appareat, fiat minutio ex cephalica in parte signi apparen= tis, si ab ea parte vsq; ad vmbilicũ ante vel retro, fiat pariter flebo thomia ex epatica, si ab vmbilico infra, debet minui saphẽna mo do quo supra, & flebothomandũ est q̃ citius fieri potest saltem cum primo apparere incipit apostema. Intrepide aũt bonã quan titatẽ extrahi facias, nisi patiens forte modici fuerit sanguinis ex tractis duabus vncijs vel circa, siste paulum, vt dijudicari possit an bonus sit sanguis vel ne, si malus, extrahere poteris copiosius, si bonus, parcius. In debilibus & sanguine non multũ abundan tibus sufficit extractio duarũ vnciarũ. At febrilis tempore rigo= ris id minime feceris. Patiens aũt cũ fit sanguinis minutio degu= stet vel ore teneat pomũ anarantię & acetosa queq;. Naso, fron ti, ac temporũ pulsibus acetũ applicando, hic nam cõmunis fle= bothomãdi est modus. Fulgineus gentilis plurimũ laudat id q̃d iam dicemus vt rem quãpiã expertã. Si solitũ apparens aposte= ma venerit circa spatulas, applicandę sunt ventosę vbi iungunt̃ ipsę spatulę, minutio aũt fiat ex mediana quę dici solet cõmunis & nigra. Si apparuerit in collo vel capite minuat̃ cephalica iuxta pollices manuũ, si sub vel dextro in brachio flebothomandus est de vena pulmonis inter mediũ & annularẽ eiusdẽ lateris digitũ. Si circa brachiũ vel latus sinistrũ, ex vena saluatella inter dextræ manus paruũ & annularẽ, si in inguinibus vel in sinistro latere, ex vena paralitica minutio fienda est inter poplitẽ pedis & alium propinquũ eodẽ in latere. Si appareat in tibia vel pede dextro ex vena sic dicta vena mulierũ. Solent doctores Hispani & Catella ni prima post factũ clistere vel saltẽ secunda die facere flebotho= miam duabus interpolatis vicibus, in sanguineis robustis ac bo= næ ætatis hominibus primo die sic faciunt, primo extrahũt san= guinẽ in parte opposita, eo q; humor in motu adhuc extat, neciã veneficus factus est. Si apostema sub brachio sinistro apparue rit, minuunt subito a manu dextra vncias sex vel quattuor, vel ex cauilla pedis sinistri vncias tres. Post vero horas sex vel octo re=

creato

creato patiente atq; qeto extrahunt a sinistro brachio vncias sex vel quatuor aut tres iuxta cōpressionē & virtutē venę grossioris, qm̄ ea oportunius flebothomiā exposcere se monstrat. Ediuerso faciunt vbi apostema in inguinib⁹ appareat, primo quidē minuūt in brachio eiusdē lateris, secūdo in pede illius etiā eiusdē partis ex saphenna. Verū si patiens haud multū robustus fuerit nec sanguine abundans, attn̄ naturalē habet ad cōpetentiā vigorem virtutisq; constantiā, aut sit vt iam existat in fine secundi, vel in tertio die cū iam verisimile sit materiā ipsam suū cursum motumq; cepisse. Iamq; veneno infectā esse, euacuant vncias duas vel quatuor a latere apostematis loco apostemati q̄ sit possibile propinquiori. Si post aures extiterit minuunt ex cephalica eiusdē lateris. Quod si hæc ipsa haud ita facile cōprehendi possit fiat in mediana vniuerso corpori cōparticipante, q̄ si nec ista pateat, fiat in manu eadē ex vena quæ est inter policē & indicē, similiter aūt faciunt a medio secundę diei ad sequētes, sed ab initio ad medium secundi facerent flebotomiā ex parte opposita, similiter a primo ad mediū secundi si apostema est sub brachio euacuandū est ex vena eiusdē brachij, & ex vena cōmuni, vel saltē ex epatica, aut eiusdē manus infra digitū mediū & sibi adhęrentē. Si in eodem prędicto tempore signū ipsum in inguinibus fuerit, flebothoma sub eiusdē lateris genu, aut sub cauilla eiusdē pedis. Si signum vergit versus nates, flebothoma de grossiori vena, & magis apparente in dorso pedis eiusdē lateris. Istoꝝ modus est, q̄ citra secundę dimidiū diei, incipiunt vt plurimū in latere opposito sanguinē extrahere, vltra vero, vt plurimū in cōtrariū, nos aūt ad canones nostros vniuersales accedamus, quia eiuscemodi morbus vel est in ipso sanguine vel in humoribus sanguine permixtis ideo mihi videtur extrahendū esse sanguinē oībus, ab annis. xiiij vsq; ad. lx. magis enim aduerto venenū quod per venę apertionē expirat, q̄ propriū aduertā sanguinē, extrahe ipsum iterata vice cum sex horarū interstitio, robustis aūt corporibus & sanguine multū abundantibus, extrahe ad summū librā vnā, mediocriter vero robustis, & mediocriter sanguineis adusq; vncias octo, debilioribus aūt constante pulsu, vncias quatuor vel tres, siue duas aut saltē vnā. Vbi vero prędominiū colera obtineat, non ex-

cedat vncias extractio duas, multi extrahere precipiunt, quousqꝫ non debilis debilitetur. Hoc aũt mihi minime placet, ex quo spiritus dissoluit, vbi pulsus vacillat, nil prorsus extrahendum, magis enim charipendo vt prius appareat apostema, etiam postmodũ prouocentur hemoroides fricatiõibus factis cum rebus asperis, & succo ceparũ, cum ventosis & scarificationibus, & sanguisugis, vbi sanguis abundat, facias idẽ post alteram flebothomiam, vbi aũt modicũ fuerit sanguinis, saltem id feceris. Quidã enim vt primo semel euacuatus est sanguis, applicant epithima. Verũ sapientiores id agunt a principio, sępiusqꝫ renouant, videlicet a tertia in tertiã horam, apponunt temperate calidũ cum panno cocineo, descripsimus vnam supra, altera hęc est. ℞. aquarũ rosarũ, aquarũ endiuię, buglossę, melissę, añ libram mediam, aceti. ℥. ij. sandaloꝝ, rosarũ, coralloꝝ añ. ʒ. iij. spodij. ʒ. ij. margaritarũ, hiacinctoꝝ, saphiri añ. ℈. i. been albi & rubei, ossis de corde ceruí, seminũ citri añ. ʒ. ſ. musti. ℈. ſ. camphorę, croci añ. ℈. i. si insolitam in patiente noueris caliditatẽ, fac vt vngatur epar, & regio renum, vnguento sandalino, bis in die, inde post horas quattuor (more consueto & ordine) exhibendũ est pulueris contra morbum. ʒ. ij. vel. i. cum vino albo & aquis endiuię, nec non acetosellę, pariter & theriacę. ʒ. ij. vel saltẽ. i. Post hunc ipsum potũ coadiuua cum pannis, & fumigijs calidis, naturã ad sudorẽ, nec erraret qui theriacã, solã administraret. Verum tñ plus in vsu est eam dare cum pulueribus, addunt nõnulli acetũ, & id mihi haud displicet, placet quoqꝫ eam sępius administrari, & vtilis est simul cum theriaca, aqua scabiosę, & melissę, vbi non multa adsit caliditas, antiqua cõtra morbũ pulueris talis est descriptio. ℞. dictami albi, coralloꝝ alboꝝ, tormentillę, boli armeni, gentianę. añ. ℥ i. terrę sigillatę. ℥. ſ. modernior hæc est, ℞. barbã dictami, barbã tormentillę, agrimonię, ligni eloes, boli armeni, valerianę, lapatij sandaloꝝ rubeoꝝ añ partes ęquales, barbę scabiosę ad pondus omniũ, misce cũ sanguine thauri desiccati ad solẽ & distillati alia descriptio. ℞. spodij, diptami albi, gentianę, tormentillę, granoꝝ iuniperi, seminũ citri, carlinę, añ. ʒ. iiij. folioꝝ albatri. ℥. ij. tertia descriptio. ℞. tormentillę, diptami albi, cornu cerui vsti, zedoarię añ. ʒ. i. margaritarũ, corallorũ rub. añ. ℈. ij. quarta descriptio ℞. tormentillę, diptami albi, boli armeni, camphorę, margarita-

rum. sandaloꝝ rub. cornu cerui vsti, aristologię rotūdę, zucha
ri albi aā. ʒ. ij q̄nta descriptio. ℞. tormētillę diptāi aā. ʒ. ij. semis
acetosę, seminū citri, aā. ʒ. iij. zinziberi albi, cinamōi, croci aā
℈. i. boli armeni, terrę sigillatę aā. ʒ. ij. ß. zuchari. ℥. ij. hic puluis
multū (vt fama est) valet cōtra venenū tā ante ꝙ post administra
tus. Sexta descriptio. ℞. radicū tormētillę. ʒ. ij. sandaloꝝ rub. di
ptami albi recētis, cornu cerui vsti, margaritarū, boli armeni, ari=
stologię rotundę aā. ʒ. i. cāphorę. ʒ. ß. zuchari albi. ʒ. ij. pimpi=
nellę, myrrhę, zedoarię aā. ʒ. i. sandaloꝝ, terrę sigillatę aā. ʒ. ij.
seminum citri, croci aā. ℈. i. cornu vnicornis, iacintoꝝ aā. ʒ. ß. hi
pulueres vigorē p̄stāt multū cordi adiuuātq; ip̄m ī expellēdo a
se venenū. putrescibiles humores desiccāt, cohibēt vias cordis ne
venenū ip̄m attingat, freq̄nt̄ etiā venenū expellūt p̱ viā sudoris,
expimēto cōpertū habēt priorē quā diximus antiquā descripti=
onē, ac int̄ modernas vltimā cęteris esse multo ac lōge efficacio=
rē, sunt q̄dā q̄ post vomit⁹ ꝓuocationē (si ea op⁹ sit) facto etiā
clistere et īunctiōe, p̄rio exhibēt pulueres atq; epithima post cui
us opationē tūc primū euacuāt sanguinē, id aūt faciūt vbi patiēs
sanguīs multū habuerit nec forte ī hoc errāt, at vbi fieri nō pos=
sit sanguīs extractio, tū defectu sanguīs, loco flebotōię exhibēt
medicinā, pri⁹ tñ puluerē, postq; sudauerit īfirm⁹ aut debitū su
doris tēpus elapsum fuerit, nō expectāda est hūoris digestio q̄m
nō adest t̄pis mora atq; facultas ꝓ celebrāda digestiōe, eq̄dē cū
necessitas īmineat (si q̄dē ea ipsa nō subest legi) minīe obseruāda
est cōsueta tēpoꝝ discretio atq; dierū, nec cōfidendū est spe aliq̄
in openaturę ad euacuationē enitētis, q̄m irregularis est ꝓpt̄ īdi
gestionē īpetūq; veneni, eq̄dē opp̄ssa natura vt potest pl⁹ opat̄
ꝙ debeat, post ideo cōpetēs sudādi tēpus, vel sanguinē si abūdat
eminues, vel nō abūdāte dabis purgationē, ex reb⁹ tñ nō cōmo=
uētib⁹ stomachū, fact⁹. n. cū violētia vomit⁹ pectoris dilatādo
vias facit vt ad cor venenū p̱currat, trahitq; ip̄m ad cerebrū hac
de causa errāt q̄ capraginē et res huiusmōi exhibēt vōitiuas et ve
nenosas, vix. n. vni resistere pōt natura venēo, posset forte nobis
q̄spiā oppōere quū venēatos ad vōitū ꝓducere phisici soleāt: di
co nō parē eē venenoꝝ cōditionē, cetera. n. pl⁹ habēt materię, et
ad educēdū aptiora p̱ vomitū et sūt ī stomacho, istud v̄o vapor

est quidã venenosus, & in partib⁹ pectoris. Nulla igitur adsit me dicina quę vomitũ violenter producere possit, ac eum qui nulla cum violentia, damnarẽ minime, adprobatũ tamen magis, vt per inferiora diuersio fiat, dissoluatur (quã dabis) medicina in vino albo, & aquis scabiosę, endiuię, rosarũ, plantaginis, buglossę, me lissę, aceto rosato, in quib⁹ facta sit decoctio ex prunis damasce nis, mirabolanis, tamarindis. Si aũt morbus inuadit aliquẽ sto= macho repleto, quid nam faciendũ erit? iuxta ordinẽ moderno rum? Fac vt post vnctionẽ cum oleo scorpionũ & theriaca faci= liter vomat, cum aqua tepida, aceto, oleo, & succo raffani, tentã do etiã prouocationẽ cũ penna longa, deinde administrabis cli= stere, postmodũ epithima, & de ipsis pulueribus, deinde tempore quo iam quietior & restauratus egrotans fuerit, flebothoma si est sanguineus, sin minus, administra medicinã, & sin flebotho= mia vltra. 4. sanguinis vncias extraxeris abstine a medicina quo= usq; transactę sint a flebotomia horę. xij. & licet flebotomiã per egeris spem tamen nõ ponas in sola ipsa, prȩsertim in plectorico, sanguineo, & robusto corpore, quinimo & in alijs quibus parũ sanguinis extraxisti, etiã propinanda est suo tempore medicina, iuxta cõplexionis qualitatẽ & virtutis, similiter si prius medicinã dederis, non eris in ea contentus, si fuerit plectoricũ corpus, vir= tute cõsentiente, flebotomiã quoq; tempore & modo iniunge, & hanc distinctionẽ facies. s. in administrando vnum & alterũ, vbi id possibile & conueniens, sed vbi sanguis abundat prȩcedat flebotomia, & sit copiosior, vbi vero sanguis non abundat me= dicina prȩcedat, & flebotomia sequatˢ modica tñ. s. potius euen= tandi q; diminuendi causa post tertiũ diẽ nulla fieri debet sangui nis extractio, nisi te ad hoc sanguinis multitudo cõpellat. Quoti enscunq; medicinã vel flebotomiã seu vomitiuũ administras, ad hoc vt eiuscemodi agitatione ipsum venenũ a signo non reuerta= tur ad intus, si signũ fuerit apparens fac vt in tali cõmotione po= nas sub & supra signũ, ventosas & sanguisugas, & super cor epi thimata frigida. Et ante & post propinabis per os ea quę defen= dunt a veneno videlicet theriacã, bolũ armeni, smaragdos, iacin= tos, topatiũ, vel saltẽ alia gẽmarꝵ genera, aut corallos cum succo herbarũ contra venenũ. Cum facis purgationẽ exhibe medicinã

cum modico croci in decoctione supradicta. Principalis & secu rior medicina secundũ persianos medicos, & mesuę, est triferæ persicę vncia vna cũ electuarij hamech. ʒ. ij. vel ad minus triferæ ℥. ſ. & electuarij hamech. ʒ. i. vel. ſ. sed maxime robustis datur. ℥. i. cum electuarij hamec. ʒ. iij. & persiani eam administrant cum aqua frigida vel succo solatri vel endiuiæ, de hoc sępius audiui & fœlix periculũ feci iam pręsenti anno, vbi aũt trifera & electu arium hamech defuerint propinabis diasene loco triferę, & dia manna vel succum rosarũ loco electuarij hamech modo prędi cto. Experientiã feci & multę vtilitatis securitatisq́ hanc cõposi tionẽ reperi. ℞. triferę persicę pulpę cassię añ. ℥. ſ. reubarbari, diamannę vel electuarij hamech. ʒ. i. sed vbi natura valida est & venter stipticus dabis diamãnę vel electuarij hamech. ʒ. ij. distem pera cum aquis buglossę endiuię cũ decoctionibus supradictis & aquis prędictis. Ego vero reubarbarũ in vino albo & aquis endiuię cum modico spicæ teneo per horã quod do in substãtia cõmiscendo omnia simul sępius etiã addo postmodũ mannę. ℥. i. Conueniũt et pillulę de fumo terrę aggregatiuę partes ęquales robustis quidẽ in toto. ʒ. i. alijs vero in toto. ʒ. ſ. suprabibendo vinũ albũ cum aquis endiuię, vel rosarũ, & scabiosę, etiã ipsę so lę aggregatiuę in omni tempore pręsertim minus æstiuo. ʒ. i. vel ſ. Notandũ si febris inhęret humoribus subtilibus & calidis ap parebit sitis vehemens, gulę ariditas, linguę nigredo, acutus capi tis dolor, phrenesis, vel similia horrenda accidentia. Si aũt grossi oribus inhęserit humoribus, & minus furiosis febris videbitur lenta, & prędicta accidentia remissiora. Considera eiuscemodi si gna, & scias q in quocunq́ humore conuenit trifera cum agari co, & pillulę aggregatiuę vel solę, vel cũ pillulis de fumo terræ. Sirupus etiã solutiuus quẽ dicemus inferius si fuerit in materia furiosa, etiam conuenit diasene cum electuario hamec vel succo rosarũ. Item cassia cum reubarbaro item manna cum diamanna in decoctionibus frigidis. Si est in materia grossa frigida & hu mida conueniũt robustioribus pillularũ aggregatiuarũ. ℈. ij. pil lularũ de agarico. ℈. i. Debilioribus vero diacatolicõis, vncia vna cum diafeniconis. ʒ. ij. vel cũ agarici trociscati. ʒ. i. vel semis. Item de pillulis cõtra morbũ dictis superius. ʒ. i. vel. ſ. & forte eiusce

modi pillulę conueniunt in quocunq; humore. Nota quod agaricus bene præparatus & trociscatus est singularis in hoc casu in quocunq; humore & membro ideo quando certior essem de sua præparatione vterer eo in omni medicina dando. ʒ. ij. vel i. vel. ʒ. de eius trociscis, iuxta potentiam medicinę & iuxta complexionem hominis, & vbi dubitarem de eius præparatione, infunderem eum in oximelle squillitico cum salgemma & postea colādo ponerē sup medicinā absq; exp̄ssiōe. Itē notandū q̄ pillulę aggregatiuę sunt appropriatę, & loco illarū debēt administrari pillulę sine q̄bus, minus robustis. Et scias melius esse dare medicinā q̄ pillulas, in hoc casu, & si haberi possit diamāna melior est succo rosarū, & fortior, & electuariū hamech. melius est ambob⁹. s. & diamāna & succo rosarū, demū in omi humore mirabilis est iste sirupus solutiuus loco medicinę ad minus. ℥. i. et ad vltimū duę cū aqua rosarū & vino albo. ℞. corticū citri, radicū capparis. berberis sandalorū ru. spodij an̄. ʒ. ij. gariofilatę, melissę, buglossę, boraginis, cicoreę an̄. m. i. acetosę, pras ij, epaticæ an̄. m. i. ʒ. scariolę siluestris. ʒ. ij. seminis cucurbitę. s. peponū citrulli, cucumeris, violarū an̄. m. i. thimi, epithimi, agarici, reubarbari, sene, polipodij an̄. ʒ. ij. succi absinthij, fumi terrę, ebuli, & plantaginis an̄. ʒ. vi. mirobolanorū kebulorū. ʒ. i. citrinorū. ʒ. ʒ di agredij. ʒ. ij. zuchari albi lib. ij. fac sirupū cū aceto citoniorū, iste sirupus a doctoribus vocat̄ diuinus in cōseruando & curādo, quia statim abscindit humores putrescibiles, cōfortat mēbra, pricipalia, pellit venenū ad extra, & de eo plures visę sunt experientię, int̄ cęteros doctorū Petrus de tuscigniana, & gentilis fulgineus eū mirū īmodū cōmendāt, & mihi videt̄ eū factū esse ad intētionē triferę persicę, sed magis solutiuus, & mihi sumope placet in personis non debilissimis, & non habētibus ventrē valde lubricum. Sumat̄ semel in hebdomada a sanis & ęgris. Nota q̄ post operationē medicinę, aut flebotomiā, si medicinā nō administraueris dię sequēti propinat̄ theriacę. ʒ. i. cū aquę rosarū. ℥. i. cū modico aceti rosati, nec timeas theriacę caliditatē, qm̄ tam modica portio parū calefacere potest, eo q̄ qualitas elemētalis qualis est caliditas & similes cū sint valde materiales haud multū operatur.

nisi multa cũ materia, verũ specifica virtus vtpote quæ donũ sit cœlestiale, & quasi spirituale, multũ operať scd'm Galenũ pauca etiam cũ materia. Theriaca aũt a ꝓprietate specifica operať cõtra venenũ, ac p̃ter hoc, caliditatis scd'm vix perficit gradũ, ideo longe potentior est ad venenũ expellendũ, ꝙ̃ ad calefaciẽdũ. Febris item pestilentialis multo magis venenosa ꝙ̃ calida, at exhibenda est theriaca cũ aqua rosarũ, & etiã in ceteris curandũ est vt tendant ad quandã frigiditatẽ quatinus hac ipsa vti valeas. Potest etiã dari mithridatũ loco theriacę sed multo potiores ex theriaca visę sunt experiẽtię ideo inquit moyses ęgyptius narratũ sibi esse a sapiente quodã medico se dum tẽpore pestis in antiochia artẽ exerceret experimentatũ fuisse cętera remedia cuncta fore debilia, at solũ qui monitu suo theriacã assumebãt conseruatos permansisse, cęteri nequaꝙ̃, & hi tm̃ qui ea post morbi inuasionem vsi sunt liberati fuere, aliȷ̃ superis animã reddiderunt, per hoc cõfirmať quod inquit Galenus in libello de theriaca, ad cęsarẽ, eã esse omnibus venenis peraduersam, foreꝙ potentẽ vbi cętera deficiunt ac sunt debilia, hoc aũt habet a virtute quadã miraculosa. Sunt etiã qui vrinã ad potandũ exhibent, vel lixiuiũ, item succũ cęparum albarũ cũ aceto, haud scio quid mihi dicendũ. Hoc moneo ne cõfidentiã habeas in purgatione postꝙ̃ eam feceris etiam si ex ipsa melius se habeat infirmus, sed cum visum fuerit eum esse bene restauratũ, tertia die aut quarta post purgationẽ, si multa adhuc adsit sanguinis superfluitas extrahe parũ de sanguine, & reitera eandẽ medicinalẽ purgationẽ, ꝙ si non nimis abundat reiterabis saltẽ pulueres & medicinã ne recidat in peius, quidam exhibent euforbiũ cum mastice ac gũma elemi. ℞. euforbȷ̃. ʒ. v. & ℈. i. gummę elemi. ℥. ȷ̃. masticis. ℥. i. ſ. dabis robustis ad pondus. ʒ. i. debilibus. ℈. i. cum aquis endiuiæ & scabiosæ, est quidem periculosa medicina nec nisi robustissimis appropriatur, ac nisi in principio asserunt nonnulli gummam elemi fore gummã arboris cedrini. Sciendum quod hoc in casu non debilis exhibenda est medicina id est quæ modiculam faciat operationem, quoniam natura ipsa si prima medicina non bene sit operata, secundã nõ expectat, nec tñ decet nimio ĩpetu soluere nã ex hoc resoluerenť spiritus istudꝙ malũ mage cõsistit ĩ q̃litate q̃dã venenosa

quā in quantitate materię. Inquit gentilis fulgineus se multa expertum cum supradicto puluere, ab initio sic ipsum administrabat. ℞. euforbij. ʒ. ß. masticis. ʒ. i. dabat ex his. ℈. ij. & multū plectoricis. ʒ. i. at mihi multo magis placet agaricus, quia (vt aiunt Democritus Galenus & Auicenna) ab omnib⁹ membris aliquē trahit humorē, similiterq; habet virtutē quasi theriacę, aduersus omne venenū, cor roborat, idq; ab omni veneno expurgat, grossos principaliter purgat humores, nec sinit tenues retro manere opus est vt albus, porosus, rotundus, necnon & fractu sit facilis dulcis ac leuis sit quoq; modicę amaritudinis, & stipticitatis, bene tritus, & mixtus cum salis gēmę parte tertia, & sic corrigatur cū salgēma, melle rosato colato, oximelle squillitico, & vino infusionis zinziberi, & sic preparetur introciscatū & debilibus tutius est vt detur permixtus alijs rebus, q̄ solus, & melius in decoctionibus q̄ in substantia, qm̄ frequenter longos producit vomitus, ventrisq; dolores, nisi bene electus & pręparatus sit, q̄ si debite fuerit electus & pręparatus est medicina sancta & familiaris secundum Democritū & Mesue, fœlices namq; fecimus (modo et ordine dicto) ipso cum agarico experientias, at circa euforbium cōpertū habuimus q̄ valde bonū nonnunq̄ fecerit opus, at sepiuscule contrariū. Vniuersaliter & in summa sis celer in euacuando, & frequens obseruatis modo & ordine, frequētius infirmū recrea, qm̄ spiritus alias plurimū resoluuntur, nec tantū ea dato (siue cibaria, siue medicinalia) quę solum mollificant sed his permisce refrigeratiua desiccatiua & cordis confortatiua quæ etiā veneno resistant.

De cibatione, & regimine ęgrotantis. Cap. VIII.

CIbus esse debet (secūdū Rasim & Auicennā quarto can.) frequens, modicus, leuis, elixus, ac multi & humidi nutrimenti, conditus cum rebus acetosis & frigidis, vt cum. s. cōmunibus endiuia, acetosella, aceto, agresto, malis granatis, arātijs, limonibus, cerasījs acetosis, prunis. Cibi substantia sint pulli perdix, phasianus, contusum, consummatū distillatū, oua recentia, hędinas quoq; carnes non prohibeo. In summa nutriatur reb⁹

liquidis

liquidis humidis & multi nutrimenti, sic tñ enutriri debet vt natura toleret nec febres multiplicent, plus enim multo ꝙ ceteris, hoc in casu, vberiori est opus alimento. Inquit Auicenna quarto can. ꝙ venarũ repletio per nutrimentũ prohibet vaporis veneno si aeris, & humoris transitũ, quodue hi frequentius liberent qui intrepide nutrimento adiuuant, & nota ꝙ facto clistere solutiuo de quo supra mentionẽ fecimus, si restauratione opus sit alia, sumat aliquid per os, facies solutionẽ vel cum enemate vel suppositorio, inde ad horas quatuor administrabis aliquid nutrimẽti de quo paulo supra disseruimus. Vinũ sit albũ, subtile, odoriferũ, dilutũ cum aqua ferrata, recẽti saltẽ in parte ęquali. Melior vero esset aqua aurata in qua aurũ ignitũ extinctũ sit, vel etiã extingui potest aurũ in vino. Non sinas eum pati sitim nec os exiccari, sed continue fac ipsum gargarisare cum vino albo bene diluto. Res teneat in ore humidas frigidulas, frequẽter bibat de acetositate citri & iulep rosato añ partes ęquales cũ vino granatoꝝ & aqua siue succo acetosellę. Vtilis est syrupus acetosę simplicis cũ aqua ferrata & pariter succus cędri vel limonũ siue Arancioꝝ expressorum, hæc dabis cũ aqua & zuccaro fini vel forte melius cum aqua hordei vel ferrata. Item zucharũ rosatũ aut diamarenatũ vel diaprunis & diacitoniten dissolutũ in aqua colatũ & expressum vel rosas, cerasa acetosa, mirabolanos, tamarindos pruna, cytonia, persica sicca, trita & infusa in aqua, postmodũ colata expressa & cum zucharo & aqua recenti exhibita vtilia sunt. Conuenit etiã acetũ album cum aqua ferrata & zucharo ęgris simul atq; sanis. Confert etiã oxisacchara cõposita cũ aceto albo succo granatoꝝ acetosoꝝ & zucharo, proficuus etiã est succus granatorũ medij saporis, vel succus siue vinũ acetosoꝝ cum modico zuchari, & etiã aqua ordei cũ vino granatoꝝ, bonũ est anulos aureos in aqua tam diu confricare, vt aliquantulũ rodantur per aquam. Item bullire aquã cum auro & ea vti in cibo & potu bonũ est. Itẽ secundũ gentilẽ fulgineũ fieri fortasse potest vt aurum ad formã reducat liquidã aptum ad potandũ. ℞. auri. ℥. i. argenti viui. ℥. ij, misce & simul mixta maneant quousq; aurum dissoluatur, deinde imponas elambicho cum igne lento intantũ ꝙ argentũ viuũ exeat elambicho postea excipias, aurũ ex fundo

elambici & adde aquarum buglosse.℥.xlvij. ponas in elambicū vitreum bene obturatum. Continuabis sub eo ignem per tres dies & noctes, ignem dico bene proportionatū, in fine si callueris artem inuenies aquā minime consumptā & aurū liquefactum & hoc est aurū potabile cordialissimū, & digeri potest. Aurum quidem alia forma parum est vtile, quia digeri nequaq̄ potest, administrabis bis in die ieiuno stomacho ex his sirupis. s. de acetositate citri, de limonibus de cicorea, de fumo terræ añ. ℥. ß. cum. ℥ i. aquarum melissæ & succi acetosellæ. Item sirupi de agresta, de ribes, rob berberis, de citonijs, de granatis medij saporis, de granatis cum aquis endiuiæ & buglossæ. Item sirupi de endiuia cū aquis endiuiæ & acetositate citri, cum succo acetoselle & vino granatorum acetosorum, item succum limonum, vel citri, vel arantiorum expressorum exhibendum cum aqua & zucharo nō displiceret si loco aque administrares brodium pullorum quod appellari vulgariter solet piperata, aut perdicem coctam cum agresta & endiuia exinde colata cui mixtum sit aliquid ex memoratis succis cum contemperando dulcibus acetosa, veluti natura facit in granatis medij saporis etiam mala granata acetosa cum vino & succo suo sola vel etiam cum alijs succis condiantur bene omnia. Item succum rosarum, mirabolanos, tamarindos, zucharum rosatum & diamarenatum, diaprunis, diacitoniten dissoluta in aqua & colata & expressa, bibenda sunt cum aqua recenti. Item oxizachera cū iulep rosato & aqua ferrata. Item succum rosarum & acetositatem citri cum vino granatorum. Nota quod sirupus acetose. s. in quocunq̄ vtilis est sirupo, vbi non habeatur acetositas citri, exprime limones vel arancios, & cum zucharo tempera, & vbi maior adsit caliditas, maiori quantitate dabis acetosa vbi minor minori, & vbi non habeatur sirupus acetosus, dabis acetum aquam & zucharum simul permixta, album acetum melius est rubro. Item sirupum hunc optimum. ℞. succi melissæ boraginis buglossæ, depurati, añ. ℥. iij. aquæ rosarum aceti albi. añ. ℥. i. ß. acetositatis citri & limonum. ℥. ß. zuchari albi lib. i. ex hoc propinabis. ℥. ij. cum aquarum buglossæ & acetosellæ. ℥. i. ß. ex his vtere quo placet, & simul dato duos trociscos de camphora, quidā sapientū loco sirupi hanc dant potionē

℞.aquę rosarum lib.i.vini albi odoriferi lib.ſ.boli armeni opti me puluerisati & cribrati.℥.ſ.pro vice vna exhibeto.℥.ij.est em̄ remedium & antiquum & potens, experimētatores duobus po tissimum vtuntur,videlicet succo florum arantiorum cum vino in casu & post casum, & semine cardonis benedicti cum vino, quia hæc sunt experta aduersus venenum fungorum, solent & hæc dare sapientes.℞.succi scabiosę.℥.iij.terrę sigillatę.ʒ.i.cum modico vini,item seminum citri.ʒ.ij.cum vino bono. Item am= bram & karabe cum vino,item specierum coagulorum.ʒ.i.cum vino,coagula sunt mucilagines quædam in certis vesicis, appen= sę in visceribus hedorum,& leporū. Item radicem palmę christi cum vino,hæc quibus (vt tradidimus) sapientes vtuntur remo= uent venenum a corde,conueniunt ad conseruandum & curan= dum hæ confectiones,multum confide in hac nostra composi= tione simplici,secura,efficacissima.℞.boli armeni.ʒ.ij.terrę si= gillatę,corallorum rub.an̄.ʒ.i.corticum citri,zedoariæ,croci an̄.ʒ ſ.zuchari rosati rosis rub.conditi.℥.vi.acetositatis citri.℥.x.da= bis semper cum vino albo & aqua rosarū, quandoque cōmiscen= dum est parum aceti rosati,ex his etiam conficere possumus pil= lulas si loco zuchari rosati accipiamus rosarum rub.℥.ſ.cū ace= tositate citri quantum sufficit,quidā dant istas cōpositiones.℞. zuchari rosati,triū sandalorum diadragāti an̄.℥.iiij.folia auri nu= mero.x.margaritarū,iacintorum,ossis de corde cerui an̄.ʒ.i.Itē ℞. margaritarū.℈.i.saphiri,iacintorum,smaragdorum.ʒ.ij.terrę sigilla tę triū granorum, serici crudi triti an̄.ʒ.ſ.smaragdorum.ʒ.i.manus christi rosati quātūlibet,aquę rosarū in q̄ cōfricent̄ annuli aurei vel vasa aurea & huiusmōi q̄ntū sufficit.Itē aquę rosarū,zucha ri albi an̄.lib.i.sandalorum rub.& alborum,corallorum rub.spodij an̄ ʒ.ſ,margaritarum.ʒ.i.iacīctorum smaragdorum,saphiri, ossis de cor de cerui an̄.℈.i.Nota q̄ oīa aromatica cōueniūt ad cōseruādū et curādū,maxīe q̄ sunt frigiditate ꝑticipātia & calida & si nō cō= ueniant ad febrilē calorē,valēt tn̄ aduersus venenū ipsius & ma= xime si cōtēperent̄ cū frigidis ita vt ad frigiditatē aliquā declinēt & plus declinēt ſtāte vel tpum, vel cōplexionū vel febriū acutarū caliditate.Itē nota q̄ inter terrā sigillatā, & bolū armenū hęc est distantia, q̄ quāuis vtraque valeant contra venenum & morbum

nihilominus plus vtuntur sapientes terra, q̃ bolo in cęteris vene-
nis, at in morbo pestilentiali potius econuerso faciunt, in hoc cō-
cordant oēs ꝙ in cęteris venenis nil melius terra sigillata maxime
exhibendo eam cum modico boli armeni, & granoꝝ iuniperi et
aceto diluto secundū modū Galeni, quia statim constringit, clau
ditq; vias pectorales ita vt venenū per eas transire non possit, eij-
citq; venenū per vomitū, pariter & venenū quod per solutiua e-
ducibile id facit administrata tam post q̃ ante casum, sed securi-
us ante, similiter consentiunt oēs ꝙ cum ad conseruandū se a pe-
ste tum etiam expellendū ipsam bolus armenus cetera simplicia
superet omnia maxime exhibitus cum vino albo & aqua rosarū
secundū ordinē Galeni, serapionis & Auicennę qui aiunt se esse
expertos tempore magnę pestilentię fuisse cū hoc faciliter & con
seruatos & sanatos humores, est enim bolus armenus rubeus pa
rum croceus delicatus frangibilis. Terra vero sigillata aliquantu
lum sit rubēs, gustui parū acetosa & arida, nonnihil viscosa, nec
tamen adeo tenax vt digitis adhęreat. Aduerte ꝙ nonnunq̃ initi
um capit morbus cū sputo sanguinis abundante, hoc in casu non
datur bolus neq; aliud huiusce venenosi sanguinis strictiuū, imo
coadiuuatur iste fluxus cū rebus pectoralibus extrahiturq; san-
guis ex ambabus venis saphennę, in qualitatē complexionis ꝙ si
ęgrotās est multū sanguineus, fit etiā minutio postmodū ex me
diana, nec sunt prętermittendę fricationes stomacho ieiuno. Fac
vt admoueat naso spongiā intinctā in aqua rosarū & aceto rosa
rum & cum vino odorifero, quibus etiā sępe lauet oēs pulsus
& faciem vbi adsit de futura phrenesi suspicio admoueas quan-
doq; fronti aquā rosarū cū aceto rosarū, & nisi nimiam metuas
somnolentiā addas parū camphorę, cura ne infirmus in profun-
dū nimis deueniat somnū, sufficiūt enim horę sex vel quinq; per
diem & noctē, siquidē dormitio multa retrahit venenū ad intra
ventosę a tergo positę, fricationes & ligamēta circū extremitates
conferunt ad phrenesim pariter & somnolentiā. Item cōfert sup
positoriū ex sapone duro cum modico salgēmę, somnus modi-
cus in principio morbi vtilis est, nec ideo tantū vigilandū est vt
inde spiritus resoluantur, camera euentari debet sępe aperiendo
& reserando ex hoc enim variat aer sic tamen euētari debet ne ob

id sentiat egrotans & patiat frigoris quicq; debent extendi per latera lecti lintea aceto madefacta, asperge parietes ac solum camere aceto aqua permixto, spargantur hincinde & per angulos & parietes apponant, frondes, pampini, canne, salices, rose, plantulæ & folia citrullorum & alia queq; viridantia flosculi & poma odorifera. Facies fumigia ex sandalis & rosis mirthillis & camphora, terbentina thure corticibus citri, corticibus granatorum & pomorum cōmuniū cū parū gariophilorū & croci, super oīa notādum habes q singulis horis sex oportet te mutare & renouare infirmo camisiā & oēs pannos lintheamina fumigia, vna cum vase pro fumigio, si cōmode fieri potest mutabis singulis. xxiiij. horis stratum & cameram, antea aūt quā introducat sit camera bene emundata ac bonis (vt conuenit) odoribus fumigata. Aliter enim amictus, lectus, & habitatio veneno inficiunt. Nec volo cū silentio preteriri q vbi insolita appareat caliditas stomachi robur, dolorumq; ab intestinis remotio, consueuerunt Rasis & Iohannitius semel tantū ad potandū dare aquā frigidā & recentē multa cum quantitate. Ego vero vt securius agerē darē aque hordei recentis lib. iij. cū. ℥. iij. zuchari, & forte darē etiā succi cucumeris lib. ß. cum. ℥. i. zuchari bene simul permixta, postea succi arranciorum vel granatorum. ℥. i. & ʒ. i. zuchari. Quidā cōpatriota noster vir robustus, q primū hic ipsum morbus inuasit, īmersit se aqs frigidis perq; duas horas sic stetit, exiēs liberatus est, veruntn̄ fallacissimū hoc est experimentū, forte securius esset sedere in aquis tepidis que pectoralia non attingerent. Quoniā he partes non sunt aperiende, nec ad ipsas prouocandi sunt humores. Nōnulli hoc in casu assumpserunt venena & maxime que frigide naturæ & fortassis etiā ea que calide nature, prius vel post tyriacam vel terrā sigillatā cū bolo armeno & aceto aqua permixto & similia que contra venenū sunt. Inter quos quidā phisicus liberatus fuerat videtur mihi res admodū periculosa.

De cura per artem chirurgiæ: Cap. IX.

Hoc in casu non expectandū, quousq; appareat inflatio aut bulla, sed facta purgatione vel flebothomia sis celer

& promptus ad venenum extrahendum, faciendo cum fermento & cantaridibus ruptorium vel aliud ex his quę inferius narrabimus applices musculo dextri brachij sub cubito interiori a parte vel vbi tangi solet pulsus, non tamen super proprio pulsu, similiter facies super talo pedis dextri quattuor digitis ad intra vt fiat vesica, quam aperi, apertamq; teneas. si solitum apparuerit signum, & incommoditas, breuitasq; temporis obseruandum ordinem impediant, fiat flebothomia atq; purgatio, quibus factis vel saltem flebothomia, facies ruptorium & applicabis eidē lateri sex digitorum sub signo distantia, sunt qui temporis varietati non considerent, sed & pręter ordinē primo & post simulq; quo melius possent remedijs non nisi curæ studerent, nec forte errarent, modernorum talis ordo quorundam est, vt vbi nil impediat primo purgetur infirmus cum clisteribus pulueribus flebothomia & medicina, post vero applicanda vt diximus (etiam non apparente signo) ruptoria, ac tutius est confestim (appareat signum vel non) ponamus ruptoria, & reliqua huic morbo appropriata, si videatur apparens, sic facito, si enim apparuerit circa aures, subito ruptorium applica collo in posteriori parte, eiusdem tamen lateris in quo signum, si sub brachio, musculo ruptorium apponatur eiusdem brachij, vel prope pulsum, non tamen supra si in inguinibus, pone iuxta cauillam, hoc est super talo pedis eiusdem lateris. Cum alibi appareat applica ruptorium sub signo per distantiam sex digitorum, vel sextantis, ne tamen ponatur (vtcunq; sit) supra pectus, & si fuerit in gula, videlicet a parte anteriori ponatur ruptorium a posteriori videlicet in collo, si vero in posteriori parte eodem in loco fuerit non debet in anteriori applicari, sed potius sub loco signi, sicq; tamdiu permittes ibidem ruptorium donec vesicam fecerit quam aperias & supra ponas butvrum & folia caulis, item spongiam hac intinctam decoctione. ℞. camomillę brictanicę meliloti scabiosæ añ. m. i. bulliant in lib. ʒ. aquæ ad cōsumptionē dimidij, hanc quia venenū trahit renouato, teneto, sępius in finem vsq; curæ.

Simplicia describit ruptoria. Cap. X.

RVptoria hæc sunt vincetoxicon, vitriolū, flos æris, nux rancida, cordumeniū, arsenicū, calx viua, antifarmacū, cuscuta, calx cū sapone fullonū, baurac, cynoglossa, fermentum cum lixiuio, galbanus, cauda equina, euforbiū, stercus colūbinum, stercus accipitri, anserū, anatū, nasturciū, limacia viua vel suo cū cortice trita, rana excoriata & assata, calamentū, pulegiū ceruinū, aristologia, raffanus, viscū, centinodia, costum, piper, lapis spongię marinę, flāmula trita, vrtica, sinapis, vitalba, mentastrum, scabiosa, canapis, canapaciū, cantarides & salgēma, grana masticata, piretrū, vitellū oui cū multo salis, consolida maior & scabiosa tritę intra duos lapides mirabiles sunt, dicta ruptoria debent cito (vt dixerā) applicari, & forte pariter super signū apparens, secundū aliquos qn̄ non medet̄ via, quā alias dicemus, alia, hac descriptione, ꝙ in delicatis personis vtendū est lenioribus, & in alijs fortioribus & tutius est vt sub signo ponant̄ ꝙ̄ supra, vel supraponant̄ minus fortia, sub vero fortiora.

Varias apostematis rationes modos & conditiones examinat. Cap. XI.

HOc signū vocat̄ apostema quod cū venit ante febris accessum indicat cor forte esse & potens ad expellendū venenū & tūc est febris accidēs apostematis, e diuerso est cū venerit post febrim, hoc ēm apostema est duarū gn̄ationū, altera est bulla & nominat̄ antrax & carbūculus. Altera est inflatio & vocat̄ bubo & glandula, bulla cōmunit̄ emūctoria exit & q̄nto plus a principalib⁹ distat mēbris tanto minus p̄iculosa est, nigra est oīm pessima, scd'o viridis loco est paulo minus mala, tertio glauca, rubea quarto & q̄nto aridior tanto etiā peior est, inflatio cōmuniter in emūctorijs venire solet hoc est principaliū mēbroꝝ purgatorijs, quę sex sunt ī locis scilicet post aures, sub brachijs, in inguinib⁹, cerebrū p̱ emunctoria post aures demittit venenum nec non in collū cor sub brachia mittit, ad vel circū ingtrina epar, hac de causa peior est inflatio ꝙ̄ bulla, qm̄ veneni multū ad principalia decurrisse membra ostendit, & quāto cordi ꝓpinquior inflatio fuerit tanto q̄dē periculosior, vtrorūq; scilicet bullę pariter & inflationis quasi similis est cura, sunt qui accedente

apostemate ante febrem & procul a corde faciunt subito ligatu-
ras inter locū doloris & cor, supraponuntq; repercutiendi causa
res frigidas siccas. At supra doloris locum propriū res ponunt
calidas & humidas resolutiuas alij q̄ primū apparere incipit apo
stema ponunt supra simul & a latere ventosas (vt diximus) & ru
ptoria, subito hanc exhibendo medicinā. ℞. ellebori nigri prępa-
rati senę, cinamomi añ. ʒ. ſ. diagredij. ℈. ſ. infundant̄ in vini gra-
nato℞. ℥. iiij. & zuchari. ℥. i. Si ad multas horas in infusione sta-
ret melius esset, postea cola & exprime, propināda cum apparet
apostema anteq̄ dormiat. Sic vero prępar ant elleborū, scindunt
per longū in frusta minuta, ponunt ipsum in pomo dulci, inuol
uuntq; pomum in stuppis prius aqua rosarū intinctis, sicq; co-
quunt sub cineribus calidis, cocto semel proijciunt pomū, reco-
quunt elleborū alio in pomo modo quo prius, separatim a po-
mo conseruat̄, dant robustissimis elleborū mixtis miscendis mo
do & ordine dicto. Cęteris vero minus robustis dant solūmodo
pomū secundæ coctionis prępar ant scamoneā coquēdo ipsam
in malis citonijs vel in pasta farinę hordei facta cum vino cytoni
orum non reprobo isto℞ regulas sed ad nostras regredimur.

Regulas & modos applicandi ruptoria
monstrat. Cap. XII.

CVm opportunū non est vt extrahi possit sanguis cū ven-
tosis vel sanguisugis nec incendi signum, poni debent sub
vel supra vel simul vtrobiq; ruptoria ex dictis & his etiam
quę in sequentibus dicā, cōpositionibus, exhibēs aūt prędicta si
videat̄ temporis adesse cōmoditas, postq̄ extractus est sanguis
ac parū quieuit ęgrotans vel saltē post assumptionē medicinę &
eius perfectā operationē, & si nō presto affuerit qui manu ope
retur dato puluerē quē si non habeas exhibe medicinā, si nec me
dicinā habueris applica sine dilatione ruptoria supra & extra si-
gnum cum moderatione (vt diximus) & ordine & si tēpus instet
nec quicq; adhuc factū sit exhibe simul purgationē & ruptoria,
nec cesses vnq̄ a remedio℞ administratione, nec differas vt spe-
res te oīa cum temporis cōmoditate facturū. Aduerte ne super

signo

signo ponas res adeo frigidas & stipticas vt venenū ad intra repercutiant. Vtere his q̄ apte ad trahendū & resoluendū & sunt res calide, ac aliq̄ntulū tēperande sunt qn̄q̄, si sis eas cōtinuaturus, cū rebus frigidis, vt nimia euitet̄ inflāmatio, nec tn̄ ita frigidis vt inde restringant, nec multū metuas dolorē, qm̄ venenū trahit ad apostema. Nolo tn̄ toleres excessum, qm̄ malignaret venenū, pariter & febres, naturā q̄ nimis lassaret locū ruptorij nolo p̄ artem in totū cōsolides donec tres elapsi sunt menses, morare trimēstrui curriculū spatij anteq̄ locū ruptorij p̄ artē integre cōsolides, hoc vero cū facis reitera purgationē. Quidā florentinus noster hoc vere incidit bullā, qd̄ cū inde ab hoc morbo ita liber esset vt non diuersus foret a sanis indilate q̄ primū plagā cōsolidauit, trāsactis vero post diebus. xl. iterū morbo infectus bidui spacio interijt maxīe hoc q̄a sine purgatiōe plagā restrinxerat, hoc etenī scias q̄ q̄ post septimū perit diē mala potius cura id euenit q̄ huiusce natura morbi. Scito q̄ postq̄ venenū in tantū decurrit ad apostema vt principalia mēbra p̄ hoc sint alleuiata, nisi tu p̄bene & cōtinue idip̄m trahas, rectifices, & purges, ītrinsecū ap̄atis venenū plus malignat̄, cōtractū vaporat ad intra & occidit. Iccirco cōtinue cor ip̄m fortifica cōstringēdo vias eius intus & ab extra humores sepius euacua, venenū plage rectifica purga, nil speres certi ex illorꝫ melioratione, q̄nimo nec ad instans ob hoc a remedijs cesses, maxīe si adhuc septimus non elapsus fuerit dies.

Composita ruptoria & emplastra quedam fortia tradit. Cap. XIII.

Diuersimoda sunt ruptoria composita, fortiaq̄ in trahendo venenum ad extra, enarrabimus multa, vt secundum opportunitatem quorumuis altero commode vti possis ℞. ficus, yreos & grana tritici cōtusa, parte æquali, maturat hoc cito ac rumpit. Item fermentum cum oleo & sale. Item ℞. picem cum passulis & melle. Item stercus passerinū cum axungia porci. Item vitrum puluerisatum cum terbentina. Item nisi abhominosum foret stercus humanum, valet multum ante & post rupturam, supraponendo medullam panis feruenti oleo intinctam.

Item oleum cum cineribus bullitum. Item cantarides numero. x. cum vncijs, passularum vna, fermenti vna & semis, scabiosæ cynoglossæ, consolidę maioris, antifarmaci an̄. ℥. i. incorporentur cum oleo liliorum, & si fortius facere volueris adde sal & colūbinam herbam, rutam an̄. ʒ. ij. Item nasturcium cum oleo & sale Item auripigmentum, piper an̄. ʒ. ij. caricas numero. x. fac emplastrum cum melle quantum sufficit. Item baurac, salis armoniaci, scabiosæ, antifarmaci, allij, piperis an̄ partes æquales fac emplastrum cum succo scabiosæ. Item galbanum radices liliorum alborum stercus humanum consolidam maiorē tritam inter duos lapides. Item fermenti. ℥. iiij. sinapis, rutæ, scabiosæ, absinthij an̄. m. i. radicū liliorꝝ alborꝝ partē tertiā, vitrioli. ʒ. ij. cantarides numero. x. galbani. ℥. i. nuces rancidas numero tres, olei liliorum alborum quantum sufficit, coquantur herbę & radices in oleo et fiat emplastrum addendo cætera ingredientia secundum artem. Item cantarides cum oleo saponis. Item cineris quercini, quo tinctores vtuntur partes quattuor calcis partes sex misce & cū veteris suprapone predictū emplastrum at istud nunc dictū emplastrum facies cū oleo oliuarū nigrarū & fortius est si oleum cum cineribus bulliat. Item fermenti, vrticæ pinguedinis carnis exiccatæ, barbę maluauisci, malueę an̄ partes ęquales. Nota ꝙ quinqꝫ sunt herbæ hoc in casu tum in omnibus emplastris tum etiam ad intus sumptę multum bene conuenientes, quoniam tam intus ꝙ̄ extra veneno resistunt & sunt quasi temperatę. s. consolida, scabiosa, agrimonia brictanica Aristologia.

De emplastris temperatis. Cap. XIIII.

Fortia sunt admodum supradicta ruptoria & emplastra cum ad rumpendum tum etiam ad extrahendum cito venenum. Sed non sunt continuanda, quoniam nimis inflāmarent, attamen eis plus vti quis posset vbi apostema non esset coloris multum viridis, aut rubei, vel nigri, ac etiam vbi non multa foret corrosio, temperatiora quædam adducam & mage conuenientia vbi de magna metus esset inflammatione. ℞. barbę maluauisci. ℥. ij. caput vnum liliorꝝ alborꝝ farinę seminis lini an̄. ℥. i. ſ. bulliant in aqua communi & pistentur cum fermēto & axungia veteri applicetur calide. Item ℞. furfuris non pœnitus expur

gati farina.m.ij.coquatur in aceto.Item columbina cum aceto et oleo rosato.Item farina ordei cum succo brictanicę vel consolidæ.Item cepas cum butiro coctas addendo post caricas & fermētum cum oleo camomillino dulcorari potest (si opus sit ob doloris vehementiam) addendo poma cocta aut maluauiscū & maluam ipsarūq; mucilagines q; si maiori adhuc opus sit dulcoratione accipe cepas coctas & poma cocta.s.cum butiro & oleo camomillino.Itē maluę, barbę maluauisci scabiosę añ.m.i.bulliāt herbę in aqua communi cum qua incorporetur farina, pistentur aūt herbę & condiantur simul omnia cum.℥.i.pinguedinis gallinę & totidē olei camomillini croci.ʒ.ϛ.est enim delicatissimū emplastrum item scabiosa, pes columbinus cicorea cōsolida maior conuenit post hæc emplastrum ex apio, brictanica, farina orobi cum prędictarū herbarum succis secundū aliquos etiā cum theriaca.Itē emplastrū ex opoponaco trito cū passulis.Itē assa, ruta & nitrū, cū melle, bonū qñq; fuit vnctū esse cū theriaca suprapositis cepis & malua coctis. Supraponunt etiam nonnulli flores arantioꝝ & folia contusa cum axungia & malua. Quantū vero ad ipsam theriacam volunt aliqui non esse ei quicq; superponendum quoniā remittit venenum ad intra.

Emplastra temperatissima. Cap.XV.

QVum bulla multum nigra est & supra modū ardens ac perq; cito accendit corrodit & dilatať tēperatiora debēt esse ea quę administras, desiccatiua cū aliquali frigiditate, tēperataq; caliditate resolutiua, exempli gratia. ℞.plantaginē & gallas cū aceto coctas, itē lentes cū pane mixto cū cribratura furfuris, itē granata acetosa & medij saporis in.4.ptes scissa & cocta in aceto vsq; ad eorundē dissolutionē, cōterant & applicenť, cōueniūt ab initio morbi vsq; ad declinationis statū.Conuenit alterū hoc emplastrū añ vlcerationē causatā a bulla.℞.acacij, dragāti, opij, corticū granatoꝝ añ.ʒ.i.viridis æris, iusqamū alb.fac empl̄m cū vino & serua ad vsū, qñ videas iā factā vlcerationē suppone id aliqntulū desiccatiuū.℞.esdram cū vino et rob granato et similib⁹, aduerte ne ptes signo circūstātes putrefiāt defende ipsas cū bolo armeno aq̄ rosaꝝ oleo rosato aceto rosato et cęteris ī recessu īflāmatiōis, vlceratōe remanēte pōe empl̄m ex

litargirio & ea quę ad malignas & corrosiuas plagas conferunt, idest quæ refrigerant, desiccant, repercutiunt, ex quibus aliqua superius connumerauimus, at temperate facito cuncta, & replica vt expedit purgationes ad intra.

De modo mitigandi dolorem circa ipsum apostema. Cap. XVI.

QVæ superiori tractata sunt capitulo in bullis multum nigris & corrosiuis verificantur, at in cæteris non tantæ inflammationis temperatior esto maturiorq; in repercutiendo, ardorem doloremq; partim a morbo partim a ruptorijs siue ab inflammatione prouenientem, si mitigare studeas circumpone signo medullam panis calidi recentis primum excepti e furno vino acetoso vel succo plantaginis intinctã. Item coque prędictam medullam nec non & lentes in aceto, applica & sæpius muta & ne desiccetur emplastrum illico suprapone folia plantaginis, quando emplastrum deponis lauetur plagę superficies cum vino pontico siue acetoso, suprapone farinam ordei cum melle, intelligo autem poni ista non supra, sed circum plagã quamuis secundum Petrum de tuscigniana aliosq; & doctos & expertos hęc quæ diximus non multum repercutiant verum pellunt caliditatem, confortant doloris locum, & temperato quodam calore resoluunt, remanentẽ postea plagam his rebus curato quæ ad venenosas corrosiuasq; attinent plagas.

Dę modo decidendi putrem ipsius apostematis carnem. Cap. XVII.

QVando est mortificata plaga cura subito vt tristis illa caro decidat. ℞. brancę vrsinę barbę maluauisci, herbę paruincæ, foliorum maluæ añ. ℥.i. coquantur pistentur & misceantur cum axungia porci non salita & cum butyro veteri, sic simul ad tres dies permittantur, postea colentur exprimantur addendo colaturę parum ceræ & masticis, serua ad vsum, vtq; competentem faciat plaga crustam, quam postea be-

ne diuellas, cum dicto vsus es emplastro vngatur cum butiro & oleo, crustam autem nulla cum violentia depone (id quidē multum obesset) morare donec natura id per se facere incipiat quam postmodum cum supradictis adiuua. Interea ne corrodat venenum perqꝫ sanas corporis partes discurrat hunc in modum succurrere opus est, habeas ventosam amplam ita vt totam (cum applicatur) plagam hoc modo circūambiat videlicet vt suprapositа tangat circumcirca tantūmodo carnem sanam ita vt plaga nulla ex parte contingi queat a ventosa, hanc igitur ventosam applicato sic trahendum venenosum ex profundo sanguinem prohibendumqꝫ ne intus reuertatur.

De modo mundificandi plagam. Cap. XVIII.

Rupto apostemate extractaqꝫ veneni materia propinanda sunt constrictiua simulqꝫ mundificatiua. ℞. farinam ordei cum melle & modico salis suprapone folia caulium. Item sarcocollam puluerizatam & mel parte æquali, si fortius volueris, coque in primis ipsum mel, post vero adde sarcocollam, est equidem secundum Gentilem de fulginio & Petrum de tuscigniana solennis compositio, quoniā omne vulnus mundificat omnemqꝫ saniosam plagam. Commendo pariter ad hanc rem emplastrum diaquilon.

De modo regenerandi carnem bonam. Cap. XIX.

Mundificata quum fuerit plaga, ad bonam carnem regenerandam accipe folia basiliconis optime contusa. Item recipe xanthos, centaureæ maioris, herbæ pentaphilon consolidę maioris, añ partes ęquales, distillētur in vere per elambicum, vel facito his ex herbis succum, sicqꝫ simul permitte donec bene permisceantur, postea adde illis aquæ vitæ partē quintam, serua ad vsum, istud enim mirabile inuenies in regenerando carnem. Item confert ad hoc barba affodili, hoc est lappa, cocta cum fęcibus vini. Item emplastrum ex coriandris viridibus cum melle & passulis.

De varijs modis extrahendi sanguinem a signo, de modo cauterizandi per incendium. Cap. XX.

OMnis circa signum prędicta cura quæ (vt antea narrauimus) fit cum ruptorijs simplicibus & compositis, laudabilior fieret italicorũ omnium doctorum sententia, modo quem iamiam dicemus, postponendo ipsa ruptoria, & sic faciendo. Pone cauteria distanter a signo, quemadmodum iam diximus, & insimul supra signum magnam pone ventosam, qua deposita tange ipsum varijs in locis cum rasorio & lanceola, postea ventosam repone, vt sanguinem attrahat, eamq; cessante sanguinis attractione amoue, & exinde tres bene purgatas sanguisugas applica, hisq; iam repletis, & amotis, gallorum, vel pipionum columbarũq; pullos scinde per mediũ, & sic calide vnum post alterum appone, exinde secundũ quosdam debet inungi cũ theriaca, post vero permittas eum quiescere, nõnulli istorꝫ loco deplumant locum circa anum galli & accipiunt saponis aliqualiter obscuri ac quasi viridis. ℥. i. opij. ℈. ϛ. pistantq; bene & cum sale albo pulueratissimo faciunt suppositoriũ gallo & totum in simul supponunt, quo peracto restaura ęgrotantẽ & postmodũ eum leniter cauteriza, non dico cum cera nec oleo feruenti, quia oppilant, sed cum auro ignito, aut argento vel ferro, ipsumq; instrumentũ in summitate rotundam habeat planitiem ad formã vnius satis magni q̃drantis, sitq; in medio huiuscemodi planitiei acies siue acumẽ ad formã adamãtis, nõ nimis acuti & post incẽdiũ inũge cũ butiro, & cooperias locũ folio caulis, & p̃mitte eũ q̄escere, hoc multo eligibilius est ruptorijs, eo q̄ citius opat̃, magisq; pellit venenũ, meliorẽ insuper qualitatẽ in membro relinquit, posthac vtuntur rebus plagę superponendis, et circa, quas superius cõmemorauimus post ruptoriũ administrandas & eodem modo. Nõnulli pestilenti morbo laborãtes non aliud ostendunt signũ q̃ maculas veluti morbilli, per corporis cutem disseminatas. Istiusmodi debent inuolui panno cocineo calido, & custodiri a frigore, apponanturq; duę magnę spongię dorso cum renibus, & pectori calide, intinctę decoctioni melliloti, camomillę, & lentis, & bene expressę, & ieiuno stomacho, sępius mutent̃

dabis etiam in potu decoctionem caricarum, lentis, granorum tinctorum, & croci.

De cura secundum morem Hispanorum & Catelanorum. Cap.xxi.

TRactatũ a nobis in pręcedentibus fuit de istiusmodi morbi cura secundum gręcorum, latinorum, nec non & barbarorum intentionem, maxime vero secundum vsum Italorum, at in pręsentia iuxta Hispanorum morem, pariter & Castelanorum, de hisce medicamentis considerabimus. Itaq̃ secundum istos fit statim clistere, post vero, si sanguis abundat, flebothomia, sin minus, exhibetur iuxta peccãtis humoris qualitatem medicina, ab initio applicant epithima, exinde facta aliquali euacuatione, saltem cum clistere, ad curam procedunt apostematis. De more etiam istorum nihil ex inflammantibus, reardentibusq̃ superponi debet apostemati, quia spasmum inducunt, febres accendunt, malignius reddunt venenum, maxime si in emunctorijs fuerit apostema, aiunt item non esse in principio apponenda maturantia multum ac maceratiua, quoniam glutinant, oppilant, putrefaciunt, referuere faciunt pelluntq̃ venenũ ad intra, nec frigida quoq̃ dicunt administranda, nec quicq̃ (quia desiccat) cum spongia, neq̃ cum panno quia intus claudit vapores stringitq̃, at vero cum lana mũda, siue cum stupa (maxime ex cannabo) laudabile est, pręsens decoctio est valde familiaris, his pręcipue qui sunt natura delicati, ac etiam in emunctorijs, accipe flores camomillę, melilotum, capillos veneris. bulliant in aqua, imbibe lanam siue stupam, exceptam manibus exprime, applica tepidam vel parum calidam, singulis horis renoua, donec resoluat vel aperiat. Post vero aperturam transacto die quinto vtere maturatiuis, & quæ mundificant, regenerant, bullis autem vt rumpantur, secure superponitur scabiosa pista, vel sola vel cum veteri axungia porci, & salita. Si viridis est bulla vel nigra, nec tamen est in emunctorijs, aperias eam subito, varijs in partibus, cum lanceola, vel rasorio, vt inde cito exeat venenũ, deinde laua bullam cum aqua salsa ne ibidẽ remaneat sanguis coagulatus, applica sanguisugas deinde cum fuerit rupta & veneno expurgata, transacto (vt supra) die quinto suppone maturatiua, mũdificatiua, regeneratiua

Præter hæc (nisi admodum tenellæ sit ætatis ægrotans) debet non supra sed sub bulla per sex digitorum distantiam poni ampla ventosa, postea fieri debet apertio cum lanceola vel rasorio, & iterum apponi ventosa vt sanguinem attrahat, videlicet vncias duas vel tres, vel plus etiam iuxta indigentiam consensumq; virtutis, aduerte signo in emunctorijs existente ne proprio signo applices ventosas, nec incidas, nec nimis ipsum molestes frequentando ventosas, quoniam sic augetur spasmus, multi trahuntur calidi humores, peius efficitur venenum, & multi sic faciendo pereunt, verum si circa aures, vel in gula huiusmodi signum appareat, applica ventosam retro sub spondilibus colli, non supra vel in spatulis, si vero appareat sub brachijs., applica ventosam sub eodem latere declinando versus dorsum. si in inguinibus, applica ventosam in coxa, vel retro sub clunibus. In quocunq; horũ casuum sic facito, pone per sex digitorum spacium procul a signo (vt diximus) ventosam, & scarificando trahas sanguinẽ, & procede per longum in quattuor gradibus apponendo ventosas, incidendo trahendoq; sanguinem cum ventosis vel sanguisugis. Sed supra signum supradictam pones decoctionem, vt temperate leniat, atq; resoluat. Vna cum decoctione bonũ esset (si posses) apponere lapidem quempiam veneni tractiuum puluerizatum, vel integrũ, vt sunt smaragdus, hiacinctus, topazius, tamen secundum aliquos istorum possumus superponere signo sanguisugas, & quandoq; etiam ventosas esto q̧ sit in emunctorijs, nulla tamen fieri debet cum violentia, post vero lauando cũ aqua salsa. Hoc fit quando signum summe inflatum est, vel mali coloris, & cum est apertum, transacto die quinto vtuntur maturatiuis. &c. quod si hæc ipsa decoctio, minimam faciat operationem reduces eam ad formam doccię vel gutæ. Quãdo ipsum apostema plus solito est inflatum. quidam post diem tertium fortiter incidunt ipsum per longum eius membri in quo signum apparet per interuenia s. euitando venas & arterias & si nimis flueret sanguis, obuiant cum stupa intincta vitello oui, & oleo rosato, non vero in albumine quia frigidum est & viscosum, & eo tẽpore confortant ęgrotum cum cordialibus intus & extra, verũ sapientiores inter istos non approbant hanc incisionẽ, iudicãdo

ipsam

ipsam maximi esse periculi, præsertim in emunctorijs, post vero quintum diem si febris non est ardua ac signum non multum est venenosum, nigrū, vel viride. Si etiam approximat rupturę, corpore bene purgato, incipe cum maturatiuis (postq̄ feceris quæ diximus) ad maturandum apostema. ℞. barbę maluauisci, barbę liliorum, enulæ campanæ, cucumeris asinini, ceparum añ lib. ß. caricarum pinguium, seminis fenugręci, seminis lini, añ. ℥. i. foliorum malue, & maluauisci, brancę vrsinæ, herbæ violariæ añ m. i. coquant̄ cum impetu in aqua, bene pistentur, si pro delicatis hoc maturatiuum fiat, colentur prędicta, coquantur, pistentur, & exprimantur, postea addatur axungiæ porci, recentis, liquefactæ, colatæ lib. i. vel quantum sufficit, aliqui addunt limacias bene pistas, vna cum cortice, hoc enim conuenit vbi cutis multum densa est, veluti est in inguinibus, & post aures, alij addunt fermenti, panis grossi añ. ℥. ij. aut plus, vel minus, secundum opportunitatem trahendi & rumpendi, quę res conuenientior est in bullis, quam in inflationibus emunctoriorum. Sunt & alia quędam leuiora maturatiua, vt est farina tritici cum oleo & aqua insimul bullita, donec ad aliquantulam tenacitatem perueniant, vel cum medulla panis furfurei, & cum caricis pinguibus simul coctis, & postea pistis, possumus addere oleum oliuarum, vel oleum amigdalarum dulcium, aut axungiam porci recentem. Si talis axungia vetus esset, & salita, foret hoc emplastrum vtile ad leniter rumpendum bullas, etiam addere possumus pinguedinem gallinæ recentem, si tali cum pinguedine, axungia, & butiro recenti, oleo violato, barbis liliorum coctis fiat emplastrū gratum delicatis. Huiusmodi maturatiua (vt ante diximus) fieri debent post purgationem cessante febre, & postquam signum est apertum, expurgatumq̄ veneno, transacto etiam die quinto, deinde vtuntur mundificatiuis, postea regeneratiuis, vltimo consolidatiuis signi. Si bulla fuerit nigra vel viridis & corrosiua, nec est in emunctorijs, incide cum profundatiōe lanceola vel rasorio postmodum administrabis docciam cum aqua salsa aliqualiter calida, ne sanguis (vt diximus) coaguletur, deinde applica ventosam aut sanguisugas, vel anum galli deplumatum, quidam applicant

limaciam viuam, nonnulli ranam viuam, hoc autem fieri potest quando signum non sit in emunctorijs, postea apponi aliquod facile ruptorium quod supra tradidimus, vel etiam istud. ℞. vitellum oui cum modico salis, nec fortius, quia bullam maligna-ret, mutetur autem istud sępius, quod si & hoc bullam nimis cō turbaret, vtere sola scabiosa pista, vel veteri axungia porci salita, vel simul vtrisq;. Sunt quædam ruptoria admodum fortia, quę non debent poni super emunctoria, nec vbi grauis adsit febris, quæ etiam si ponantur, vbi non minus sit fortis, minime conducunt. ℞. caricas crudas, & fermentum. Item si hoc non valet faciunt hoc fortius, obseruatis tamen modo & ordine narrato. ℞. cantarides bene tritas, & tertiam partem axungiæ porci, hoc pone super bullam malignatam ter vel quater. Dicunt cirurgici hoc esse sępius expertum, quando adhuc fortius hoc ipsum habere volunt, addunt quartam partem saponis fullonum, quod quidem dicunt in malignata bulla, & in homine robusto mirabiliter operari. Item aliud forte pro bullis. ℞. pulueris vitri bene puluerizati. ℥. ʃ. granorum tritici tritorum, vel dentibus masticatorū. ℥. i. vitella ouorum numero duo, croci. ʒ. i. terbentinę. ℥. i. bene commisceantur & superponantur cum stupis mundis, reliqui apponunt calcem viuam cum sapone, at quoniam huiusmodi ardentia, & violenta frequenter malignius faciunt apostema & febres, ideo securius est ante vlcerationem aduertere ne materia intus reuertatur, etiam ne quasi rabida efficiatur his cum rebus acutis, in debilibus pręsertim complexionibus, vel multum colericis ideo his intentionibus vtile est emplastrum Galeni toti membro superponere. ℞. plātaginis, lentis, panis furfurei añ partes ęquales, coquantur in aqua donec ad quandam soliditatem perueniant, superpone loco doloris & circum circa per latum spacium. Auicenna addit gallas vbi plus de subtili sanguine apparet quā de compacto. Item ad istud vtile est emplastrum granatorꝶ dulcium, & acetosorum coctorum in aceto & aqua, præsertim vbi apparet materia incensa, post vero quam cessare incipit ardor cōuenit emplastrum Auicennæ, ex caricis pinguibus, passulis nucibus, farina ordei, simul coctis ad maturandum & rumpendum

post vero factam rupturã, mundificetur plaga cum succis, apij, absinthij, plantaginis, melle rosato, farina, coctis cum modico ter bentinę lotę, deinde consolidatur secundũ ordinem aliarum plagarum, circumponitur vero vnguentum ex bolo armeno, & oleo rosato quidam ab initio (causa fortis attractionis) ponunt inter musculos tibiarum, vel brachij, vel super spatulis herbam flãmulam id est cuscute, tritam quæ quidẽ faciendo vlcerationem emunctoriorum ad se trahit humores, & membrorum principalium. Istud remedium in robustis corporibus, & vbi nulla adest febris, vtile est, non alibi nec aliter, nonnulli actuale faciunt cauterium super signo cum ferro ignito, quod quidem plus conuenit robustis, & vbi non est ardua febris. Raimundus inquit ꝙ theriaca & bolus armenus non trahunt ad se venenum sed procul depellunt, ideo dicit non esse assumenda per os post secundũ vel tertium diem, quando materia iam venenosa est, & cor ipsum attigit, nisi bene euacuata sit & correcta. Item prohibet ne vnꝗ super signo ponantur nec etiam vult vt apponantur, nisi signum extra emunctoria fuerit, & quoqꝫ ante tertium diem, & in circuitu, non supra, potest administrari bolus armenus, etiã post septimum diem, plaga veneno expurgata, vngendo in circuitu, sic igitur conuenit in tertio antequam plaga sit facta venenosa, & conuenit post septimum, postquam plaga veneno expurgata est, in circuitu autẽ vngi debet cum oleo rosato, aceto rosato, & aqua rosarum ad defendendum membrum. Hactenus Hispanensium & Catelanorum narrauimus opiniones vna cum correctionibus Arnaldi & Raimundi medicorum singularium, vera res est, quod Raimundus huius est sententię, scilicet quod non debeat purgari infirmus cum flebothomia, medicina, aut vomitu, quãdo apostema repletum est admodũ, & venenosum, hoc est trãsacto die secundo, ne venenũ tali motione intus reuertatur. Hæc quidem opinio videtur corrigenda, secundum alios, & sic videlicet quod immo purgari debet si opus sit (cum dictis obseruantiis) etiam post ipsum diem secundum, sic tamen quod dum purgatur applices ventosas & sanguisugas, sub & super signo, & ꝙ cor defendatur intus & extra cum cordialibus frigidis, & hic

quoq; modus non prorsus est alienus ab intentione prefati Raimundi.

De astantium conseruatione qui infirmum regunt. Cap. XXII.

CVius astantes preterea que dicta sunt in principio pro conseruatione (scilicet theriacam pillulas & similia) nisi vacui fuerint sanguinea superfluitate debent aliquantulumq; sanguinis extrahere ex vena communi facta bona purgatione cum dictarum pillularum. 3. i. vel saltem media, vtile est saepius sumant pulueres & medicinam contra morbum, vt in precedentibus dictum est & maneant quo magis procul possunt, ab infirmo presertim, cum sunt ieiuni euentetur sepe locus habitationis, & fiant fumigia vt supra dictum est, nunq; pretermittendo terbentinam, gestent in manibus faces ardentes & carbones bene succensos bonis odoribus fumigantes, lauet vniuersum corpus cum aceto tepido bis in die scilicet mane & sero, saepenumero mutet indumenta, & frequentius renouet fumigia maxime cum thure terbentina iunipero, mirtho, sandalis, rosis, & camphora vel roremarino lauro & similia, teneat in manibus arantium & fasciculum ruthe vel quercule maioris & mente ac melissae cum mirto & flosculis recentibus, sit semper bene purgatus ab omni humore & cibo superfluo, iterum replica salutiferum illum odorem cum aqua rosarum, aceto rosato, vino maluatico, zeduaria, vel corticibus citri, super omnia lauent sepius cum his manus & vultum. Cuius etiam compositionis pauculum bibat, & teneat etiam admotam naribus spongiam in eadem iam dicta mixtura intinctam, ligatam in ligno fraxini, quoniam tantam habet fraxinus contra venenum potentiam, vt nullum animal veneficum eius appropinquare audeat vmbre, suo neq; odori, potius enim sese sponte ad concremandum igni concederet, quam vt huic proxime adhereret arbori, faciant sepiuscule ignes & focum per vniuersam domum, maxime cum lignis & rebus odoriferis, nec putet qui semel ab hoc morbo liberat9 est, sese deinceps

non posse hoc in casu perire, quia præsenti anno ter vnum ex florentinis nostris hic morbus inuasit, qui secundo perfecte liberatus, tertio mortem euadere non potuit. Eodem iterum anno in mense Septembri mulierculam liberaui quandam a peste, sana equidem erat, vt cęteri qui semper sospites extiterant, at cum inter morbatos versaretur post dies. xviij. iterum infecta periuit. Nulli confidendum est in hoc q̃ cæteris sit fortior & magis sanus, quoniam venenum ita fortes interimit vt debiles. Immo venenũ istud plus quam reliquos offendit sanguineos atq; robustos, eo quod apertę sunt illis pectoris vię, habent & cor valde calidum, multumq; sanguinem calidum & humidum, ideo cordis ipsa caliditas per meatus apertos multum trahit aerem perniciosum & quidẽ subito trahit, anteq; temperari transitu possit, etenim sanguinis caliditas perq; cito succenditur & inflãmatur, confestim putrefactioni subest humiditas, inq; venenum conuertitur, quippe vt quanto plus in vase vini, & quanto potentius, tamen tanto etiam in plus, tumq; in mordacius vertitur acetum, sic potens in venenum, quanto quidem abundantior, quanto calidior fuerit in pectore sanguis, quando equidem sanguis fit ipse venenum, perquam faciliter paruoq; ipsius contactu, transmutatur ad idẽ, conuertunt enim se alterutrum contactę inuicem partes ad venenum nec te pretereat o qui patientis curam geris, quod quanto illi es propinquior, tum cognatione, tum complexionis vel naturæ ac constellationis symboleitate tanto quidem maiori contagionis subiaces periculo, quia lationis quędã inest qualitati promptitudo vt similis ad simile adimpleri transmutatio possit, veluti ignis ad aerem, ad aquam aeris, huius ad terram, & cum duę citharę, binæ vel fidiculæ versu modulantur eodem, tunc quidem resonat motus, voxq; huius in illam, si vero petis quas intret per vias venenum? respondeo quod omnes per corporis poros, maxime qui magis aperti, citius autem offendit quando per nares, per os, perq; pulsus ingreditur & multo quidem fortius si vias adinuenit in calidis humidis subtilibusq; apertas humoribus, etsi quoq; a similibus prouenit humoribus, sicq; influentia martis at cum diuerso euenit, & modo contrario, cũq; saturnio influxu

se quidem eo tardius demonstrat, multotiens immanet vestibus diu & cute vijs patentibus & venis cordi propinquis, nec inde quisquam grauari videtur, quia pauculus est leuisq; vapor nec eam habet cęteris vt cordi partibus contrarietatem sed ipsi tantillum cum primum cordi cõtiguũ efficitur manifeste non occulte ledit. Similiter rabidi canis venenum, nec non & alia suam longo etiam post tempore detegunt offensionem. Hæc deniq; scias velim quod scilicet per bimenstrui spacium remanet venenũ in personis, parietes ferramenta & quæ sunt ex lignis constructa nisi corrigantur cum lotionibus, fumigijs ignibus, per annũ vel plus forte suam reseruant venenositatem, vestes quoq; lanę & id generis nisi euententur lauentur sępiusq; fumigentur vel ponantur ad ignem ad ventum ad solem tribus annis & vltra remanent infectę, nosti quidẽ muccidi odorem arantij in qua mucescerit capsula multos seruari per annos. Similiter suo quo prius erat bombace musci diu permanet odor. Equidem vt ignis oleum sic nutrimentum huius est lana veneni, & quidem ita enutrit hæc lana venenum, vt non modo conseruet ipsum sed & augmentet, simulq; fortificet, non est vtendum pro cibi vel potus dispositione vasis illorum supple qui infecti sunt nec tangi debet quicquid adhęserit illis, iubilanter tibi viuendum est, eo quod lętitia vitalem fortificat spiritum, cõtinenter & sobrie viuas, siquidem tanti est valoris sobrietas & cõtinentia vt ea sola mediãte in multis & quidem grauibus (Athenis quę fuerant) pestilentijs Socrates philosophus sese seruarit incolumem. Inquiunt ideo Aristoteles atq; Galenus talẽ esse in puris corporibus dispositionẽ vt ferme nunq; sentiant pestem, vel ea ipsa (etsi infecti) saltem non pereunt en tibi iam duo, vt te conserues singularia trado. Parato vt bibi possit smaragdum, vt tangi, vt ore teneri, suspendiq; collo, cuius tanta est aduersus venena virtus vt (teste Rasi Auenzoar Serapione) tiris & bufonibus eius conspectu ex sese statim lumina cadant, pauperibus dare soleo raffanum siluestrem, parum pro vice ne sanguinem incendat, tantam enim habet contra venenum efficaciam, vt scorpionem eius contactu crepari faciat, & dicit Dioscorides quod trito cum aceto eius semine lotis mani=

bus, tangendo serpentes, nocere minime possunt. Lapis bezoar (si quis posset habere eum) super omnia valet aduersus venena; quamuis enim persico idiomate id omne bezoar ab antiquis appellari solet cuius est proprietas virtusq; pellendi venena secundum tamen Serapionem & Rasim principaliter vocatur bezaar lapis quidam omnibus venenis tum calidis tum frigidis morsibus cunctisue vlceribus venenosis sua virtute resistens, & confert siue sumatur per os tum etiam ore teneatur, vel e collo suspensus tum deniq; quouis modo applicatus ad extra, orit̃ in siria in India in partibus orientis estq; diuersi, diuersus trini coloris, nam quidam glaucus est & fuscus, quidam glaucus fuscus & viridis, alter vero albus & aliqualiter glauculus videlicet similis colori vini albi clari hic inter cęteros est optimus leuis delicatus mollis absq; sapore, splendens vt lumen dosis eius quando per os recipitur est grana.xij. testificantur Rasis & Serapio sępius se suis compertum habuisse temporibus q̧ preciosissimus iste lapis omnes tam simplices quam compositas medicinas tum etiam compositas theriacas propria qualitate superauerit in resistendo venenis inquit hahamed ligetur in anulo insculpaturq; scilicet lapidi scorpionis imago cum luna est in scorpione respiciendo ipsum ascendentem quo facto sigillentur cum eo thura quando luna fuerit in signo scorpionis, quod si postmodum huiuscemodi thuris puluerizati ad debitam quantitatē venenato in potu dederis tantum valebit aduersus venena quantum & proprius ipse lapis inquit abdallahamarach hunc se vidisse lapidem quem comparasse ait filium mamari seq; in solutionem lapidis cordubæ pallatiū dedisse, Serapion ait eundem mirabilia operari non solum in hominibus sed & in cæteris quibusdam animantib us primum q̧ contingendo hoc lapide scorpionis aculeum d perdit pungendi potētiam. Prętera tritum mixtumq; cum aqua serpentisq; ori impositum occidere eum asserit.

Fuge cito, procul, ac tarde reuertaris.
Cap. XXIII.

Reseruare visum est ad libri calcem principaliũ (hac in materia) regularum declarationem, fuge quantum potes hominum conuersationem & maxime quando es ieiunus, sis semper remotus a socio adminus per spaciũ bicubiti, & in loco libero aperto, & ab infecto (cum secũ loqueris) remotior saltem per sex cubitorum interstitium & sub diuo vel loco aereo, & caue ne ventorũ flatus ab eo versus te spiret, inter te & ipsum sit sol, ignis, odores, vel tendens ad ipsum ventus, loca enim angusta simulq; multorum flatus hominum, valde periculosa sunt, hoc etiam commemoro quod parietum procinctu ac domuum contingentia & continuatione multiplicatur morbosa contagio, super omnia suadeo vt cito ac procul fugias ab his locis quibus imminet pestis tardeq; redeas, dixi cito, hoc est quam primum apparent signa proxime pestis, quæ quidem signa sunt quãdo eius loci aer extra naturalem suam dispositionem esse videtur, declinando ad calidum & humidum quando nebulosus (nubesq; frequentes & densę) puluerulentus apparet, venti grossi & tepidi, vt his pręteritis temporibus euentum est, ac etiam quando aquæ & agri fumãt & olent, sic pariter & pisces mali sunt saporis atq; odoris, cum multa super terra ex putrefactione nata apparẽt animalia, fungorum & putridarũ herbarum copia, terrę fructus, & animalia insipida sunt & parum conseruantur turbida efficiuntur vina multa & terrestria & aerea animalia ab eo loci recedunt, insolitę oriuntur febres latentes furiosę, continuę, fallaces, cum pectoris anxietate, cum pulsus prosternatione, frenesis, vrinarum turbulentia, palati intestinorum excoriatiões, oculorum rubedo, vermes, morbilli, multę fœminarum conturbationes. iræ, rabidę rixę, dira bella, monstra naturę, mirandaq; vel naturę vel a deo signa, inuisa multum & rara. Proximum ante annum scilicet millesimum quadringẽtesimum septuagesimum septimũ in festiuitatibus natiuitatis domini, inuentæ sunt denuo in vrbe volaterrana, sancti Petri apostoli reliquiæ, quæ decem in vno mense stupenda & vniuerso populo manifesta demonstrabant miracula, vnde prædixeram ego plurimis ex Florentinis (inquiens) credite Marsilio Ficino quod extrema nobis paratur

& guerræ, & pestis tribulatio. Post vero sequenti mense Aprilis die eiusdem vigesimosexto summa oriebatur ferocioris q̃ ante vnq̃ fuerit belli crudelitas, deinde mense Augusto eiusdem anni talis aderat pestis qualem ante centum annos & vltra vix fuisse recordamur. Hæc enim quæ diximus præsagia sunt propinquę pestis, tunc igitur fuge antequam vnus efficiaris de duodecim mille signatis, quia si tantũ moraris vt multi recipiantur in numerum signatorum, & si pro tunc eo in loco tu vnus non sis ex signatis fieri tamen poterit (quod deus auertat) vt paulo post canonizeris a magno pontifice domino morbo & eris vnus ex signatis, & hoc dupliciter euenire poterit, scilicet vel quia iam captus eris contagione infectorum, vel quia tristem infecti aeris qualitatem iam receperis, sic quod pedetentim fiat ille tibi familiaris aer, ita quod nec aeri natura nec aer illi resistet, verum si alienam subito quesieris auram, abibit primus aer illicq̃ natura resistet, & hic naturæ prouenit vnde pestis origo, & etiam vt procul aufugias moneo videlicet vt ea te ad loca conferas quibus res, nec personæ, nec soni, strepitus, rumores, quicunq̃ infecti loci ad te peruenire valeant, sicq̃ remotus esto vt alti intermedient montes quibus vaporum prohibeatur accessus, ne ventorum flatu, vel aeris dilatatione te possint cõtingere, considera loci ad quem curris dispositionẽ, & situm, videlicet ne pestilenti quouismodo sit similis aeri, vtpote in calido, frigido, humido, siccoq̃, nubibus, pluuijs, ventis, sis denicq̃ tali in loco firmatus, vt venti, nubes, pluuiæ spirare, dilatari, abinde ad te moueri nequaq̃ possint, nec te hoc fugiat quod horoscopus siue ascendens alicuius vrbis vel castelli infectæ vel infecti sępius ad ea loca omnia pestem extendit, quæ illi ab initio ciuitati vel castello subiacent, & quæ aliqualem eo cum ascendente conformitatem habent. Tertio dicimus vt tarde reuertaris, quoniam pauxillula transacti morbi remanens infectio potens est ad eos perquam subito maculandum omnes, q etiam haud intempestiuo fugam tempore ceperunt, quia maiori subsunt periculo qui locum frequentant infectũ cum prius aufugerint, quam hi qui semper ibidem cum cautela tamen permanserunt, quoniam subita nouaq̃ male tolerat natura accidentia,

& prꝑter hoc diutiſſime quidem remanent hæ (vt ante diximus) qualitates in parietibus lignamentis veſtibus pannis quibuſcꝫ & cętera, quantum vero ad ſolius aeris diſpoſitionē vna ſufficit angaria, ita vt vbi ad trimenſtrium immunes ab hoc morbo omnes quicūcꝫ ſunt perſtiterint, iudicari poteſt aerem iam fore purgatum, ſed eſto cautiſſimus in appropinquatione & contactu eorum quæ plus aere venenū retinent, procinctus fornacium in muris diutius ſeruant quam ligna venenoſam caliditatem, verū purificando (vt ſępius diximus) videlicet cum ignibus lotionibus, euentationibus, fumigijs, odoribus & cætera purificantur homines comuniter ſpacio. xiiij. dierum, domus, lignamenta & cętera in. xxi. panni veſtimēta & huiuſmodi ſpacio dieꝝ. xxviij. his habeas temporibus ſeparata ad bibendum pariter & manducandum vaſcula, & lectiſternia quæcꝫ, vel ſaltem ſi cætera non poſſis linteamina, reliqua lotionibus, & fumigijs purificato, eq pecunię, & omne iumentorum, ſupellectilia, mobilia domus, ſarcinulæ & huiuſmodi, niſi admodum caute egeris venenū diu ſeruare ſolent quare vigil, cautus, & prudens eſto, cunctiſcꝫ ordinatim prouideas. Concludendo, Deum vitę largitorem verarū ſalutariumcꝫ medicinarum reuelatorem vt nobis contra peſtilentiæ morbum efficacia detegat remedia imploramus, vtcꝫ vitale nobis donum ſuum ad laudem gloriamcꝫ ſuam conſeruet.

τελοσ.

Laus deo ſummo honor & gloria. AMEN.

Auguſtæ Vindelicoꝝ in Sigiſmundi Grim Medici & Marci Vuyrſung officina excuſoria Anno virginei partus. M. D. XVIII. ſexto Kalē. Octobres.